re haud dubiū cōſulatū ei fauore:ac ſpe deſpondentē.Ipſe:ut eſt animus humanus inſatiabilis : eo qd̓
fortuna ſpondet:ad altiora & non conceſſa tendere:& quoniam cōſulatus quoꝗ eripiēdus inuitis pa⁄

tribus eſſet:de regno agitare:id unũ dignũ tanto apparatu cõſiliorũ & certáminũ:quod ingens exudá
dũ eſſet:præmiũ fore.Iam comitia cõſularia inſtabát:quæ res eum nec dũ cõpoſitis:maturiſue ſatis cõ
ſiliis oppreſſit.Conſul.VI.creatus.T.Quintius Capitolinus minime opportunus uir nouáti res:colle/
ga additur ei Agrippa Menenius:cui Lanato erat cognomen:&.L.Minutius præfectus annonæ ſeu re
fectus:ſeu quod id res poſceret in ĩcertum creatus:nihil.n.conſtat niſi in libros linteos utroq́ anno re
latũ inter mgĩratus pfecti nomen.Hic Minutius eandé reip.curationé agés:quam Melius priuati agé/
dá ſuſceperat:cum ĩ utraq́ domo genus idé hoĩum uerſaretur:rem cõpertam ad ſenatum refer:tæla ĩ
domum Melii cõferri:eumq́ conciones domi habere:ac nõ dubia regni cõſilia eſſe:tempus agédæ rei
nondum ſtare:cætera iá conueniſſe:& tribunos mercede emptos ad prodendam libertatem & partita
ducibus multitudinis miniſteria eſſe:ſerius ſe pene:quam tutũ fuerit:ne cuius incerti uaniq́ auctor eſ
ſet:ea deferre.Quæ poſteaq̃ ſunt audita:& undiq́ primores patrum & prioris anni conſules increpa/
rent:quod eas largitiones cœtuſq́ plebis in priuata domo paſſi eſſent fieri:& nouos conſules qđ expe
ctaſſent:donec a præfecto annonæ tanta res ad ſenatũ deferretur:quæ cõſulem nõ auctorem ſolũ deſi
deraret:ſed etiam uindicem.Tunc Quitius cõſules ĩmerito ĩcrepari ait:qui cõſtricti legibus de prouo
catione ad diſſoluendũ imperiũ latis:neq̃q̃ tantũ uiriũ in magiſtratu ad eá rem pro atrocitate uindicá
dam:q̃tũ animi haberent:opus eſſe non forti ſolum uiro:ſed ét libero:exolutoq́ legum uinculis.Itaq́
ſe dictatoré.L.Quintiũ dicturum:ibi aĩum parem tantæ poteſtati eſſe.Approbantibus cunctis prio.
Quintius abnuere:& qd ſibi uellent:rogitare:qui ſe ætate exacta tantæ dimicationi obiicerent? Dein
cũ undiq́ plus in illo ſenili aĩo non cõſilii modo:ſed etiam uiriutis eſſe:quá in oĩbus aliis dicerent:lau/
dibuſq́ haud ĩmeritis onerarent:& cõſul nihil remitteret:præcatus tádem deos ĩmortales Cincina/
tus ne ſenectus ſua in tá trepidis rebus damno dedecoriq́ reip.eſſet:dictator a cõſule dicitur:ipſe dein/
de.C.Seruiliũ Halam magiſtrũ equitum dicit.Poſtero die:diſpoſitis præſidiis:cum in forum deſcen/
diſſet:cõuerſaq́ in eum plebs nouitate rei ac miraculo eſſet:& meliani & ipſe dux eoꝝ in ſe ĩtentá uim
tanti imperii cernerent:exptes conſilioꝝ regni:qui tumultus:quod bellum repés:aut dictatoriá maie
ſtaté:aut Quintiũ poſt octogeſimũ annum rectorem reipublicæ quæſiſſet:rogitarét:miſſus ab dicta/
tore Seruilius magiſter equitum ad Melium:uocat te:ĩquit dictator:cum pauidus ille:quid uellet:q̃re
ret:Seruiliuſq́ cám dicendá eſſe proponeret:crimenq́ a Minutio delatũ ad ſenatum : diluédum: tunc
Melius recipere ſe ĩ cateruá ſuorum:& primum circũſpectás tergiuerſari:poſtremo cum apparitor iuſ
ſu magiſtri equitũ duceret:ereptus a circũſtátibus:fugienſq́ fidé plebis romanæ ĩploraret:& opprimi
ſe cõſenſu patrũ diceret:quod plebi benigne feciſſet:orare:ut opé ſibi ultimo in diſcrimĩe ferrét : neue
ante oculos ſuos trucidari ſinerét.Hæc eum uociferátem aſſecutus Hala Seruilius obtrũcat:reſperſuſ/
que cruore obtruncati:ſtipatuſq́ caterua patricioꝝ iuuenũ dictatori renũciat:uocatũ ad eum Meliũ
repulſo apparitore cõcitátem multitudiné pœná.meritá habere.Tũ dictator macte uirtute:inq̃t.Serui
li eſto:liberata republica:tumultuátem deĩde multitudinem ĩceria exiſtimatiõe facti ad cõcionem uo
cari iuſſit:& Melium iure cæſum pnũciauit:etiá ſi regni crimĩe ĩſons fuerit:q uocatus a magiſtro eq/
tũ ad dictatoré nõ ueniſſet:ſe ad cám cognoſcédam cõſcédiſſe:qua cognita habituꝝ fuiſſe Meliũ ſimi/
lé cauſæ fortuná:uim parátem ne iudicio ſe cõmitteret ui coercitũ eſſe:nec cũ eo tanq̃ cũ ciue agendũ
fuiſſe:ĩ natus ĩ libero populo ĩter iura.legeſq́:ex qua urbe reges exactos ſciret:eodemq́ anno ſororis fi
lios regis:& liberos cõſulis liberatoris patriæ pp pactionem ĩdicatá recipiédoꝝ ĩ urbem regũ a pr̃e ſe/
curi eſſe percuſſos:ex qua Collatinũ Tarqniũ cõſulem nominis odio abdicare ſe magiſtratu atq́ exula
re iuſſum:in qua de Sp.Caſſio poſt aliquot annos:propter cõſilia inita de regno:ſuppliciũ ſumptũ:in
qua nuper decéuiros bonis exilio capite mulctatos ob ſuperbiá regiá in ea:Sp.Melius ſpem regni cõce
perit:& quis homo? q̃q̃ nullá nobilitaté:nullos honores:nulla merita:cuiquá ad dominationé pande
re uiam:ſed tamen Claudios:Caſſios cõſulatibus:decẽuiratibus ſuis.maiorũq́ honoribus : ſplendore
familiaꝝ ſuſtuliſſe aĩos:quod nefas fuerit.Sp.Meliũ:cui tribunatus plebis magis optandus:quam ſpe
randus fuerit:frumentarium diuitem bilibre farris ſperaſſe libertaté ſe ciuiũ ſuoꝝ emiſſe:cyboq́ obii
ciédo ratum uictorem finitimoꝝ oĩum populum in ſeruituté perlici poſſe:ut quæ ſenatorem conco/
quere ciuitas uix poſſet:regem ferret Romuli conditoris ab diis orti:recepti ad deos inſignia:atq́ im/
perium habentem nõ pro ſcelere id magis:quam pro monſtro habendum? Nec ſatis eé ſanguine eius
expiatum:niſi tecta:patieteſq́ ĩtra quæ tantum amentiæ conceptum eſſet:diſſiparentur:bonaq́ con/
tacta pretiis regni mercandi publicarentur.Iubere itaq́ quæſtores uændere ea bona:atq́ in publicum
redigere:domum deinde:ut monumento area eſſet oppreſſæ nefariæ ſpei dirui extemplo iuſſit:id eq/
melium appellatum eſt.L.Minutius boue aurato extra portam trigeminam eſt donatus ne plebe qui
dem inuita:quia frumentum melianum aſſibus ĩ modios æſtimatum plebi diuiſit.Hunc Minutium
apud quoſdam auctores tranſiſſe a patribus ad plebem undecimumq́ tribunum plebis cooptatum:
ſeditionem motam ex meliana cæde ſedaſſe inuenio:cæterum uix credibile numeꝝ tribunoꝝ patres
augeri paſſos:idq́ potiſſimũ exemplum a patricio homine ĩtroductũ:nec deinde id plebi conceſſum
ſemel obtinuiſſe:aut certe temptaſſe:ſed ante omnia refellit falſum imaginis titulum paucis ante an/
nis lege cautum:ne tribunis collegam cooptare lceret.Qu.Cecilius.Q.Iunius Sex.Titinius ſoli ex col
legio tribunorum neq́ tulerant de honoribus Minutii legem:& criminari nunc Minutium:nunc ſer
uilium apud plebem:queriq́ indignam necem Melii non deſtiterant:peruicerunt igitur:ut tribuno/
rum militum:potius:quam cõſulum comitia haberentur:haud dubii:quin ſex locis tot.n.iá creari li/

T.Quitius Agrippi conſul.

L.Quitius dictator

Sp.Melius occiditur

Atť ferocem Quĩtii orõné ĩ Sp.Melium

eq.meliũ Plinius nõ boue ſed ſtatua donatũ ait

Tribũi milita⁄res

cebat:& plebeii aliqui profitẽdo ſe ultores fore melianæ cædis crearentur.Pleps q̄q̄ agitata multis eo anno & uariis motibus erat:nec plures:quam tres tribunos cõſulari poteſtate creauit:& in iis.L.Quĩtium Cincinatũ filiũ:ex cuius dictaturæ inuidia tumultus q̃rebaꝭ:p̄latus ſuffragiis Quintio Mamercus Aemylius uir ſũmæ dignitatis.L.Iuliũ tert.creant.In hoꝝ mg̃ratu Fidenæ colonia romana ad larté Tolumniũ ueientiũ regem:ac ueientes defecere.Maius additũ defectioni ſcelus.C.Fulciniũ: Cloeliũ Tulliũ:Sp.Antiũ.L.Roſciũ legatos romanos cauſam noui conſilii querentes iuſſu Tolumnii interfecerunt.Leuant q̃dã regis facinus in teſſeraꝝ proſpero iactu:uocẽ eius ambiguã:ut occidi iuſſiſſe uideretur:a fidenatibus exceptã:cauſam mortis legatis fuiſſe:rem incredibilẽ interuentu fidenatiũ nouoꝝ ſocioꝝ conſulentium de cæde ruptura ius gentiũ:non auerſum ab intẽtiõe luſus animũ:nec deinde in horrorẽ uerſum facinus.Propius eſt fidẽ obſtringi fidenatium populum:ne reſpicere ſpem ullam ab romanis poſſet conſcientia tanti ſceleris uoluiſſe.Legatoꝝ:qui Fidenis cæſi erant:ſtatuæ publicæ ĩ roſtris poſitæ ſunt.Cũ ueientibus fidenatibuſqꝫ p̄terquã finitimis populis:ab cã etiã tam nefanda bellũ exorſis:atrox dimicatio inſtabat.Itaqꝫ ad curã ſummæ reꝝ quieta plebe tribuntiqꝫ eius nihil controuerſiæ fuit:quĩ cõſules crearenꝭ.M.Gaganius Macerinus tert.&.L.Sergius Fidenas:a bello:credo:qđ deinde geſſit:appellatus.hic.n.primus cis Aniené cũ rege Veiẽtium ſecundo prælio conflixit.nec ĩ cruentam uictoriã rettulit.Maior itaqꝫ ex ciuibus amiſſis dolor:quam læticia fuſis hoſtibus fuit:& ſenatus ut ĩ trepidis rebus dictatorẽ dici Mamercũ Aemyliũ iuſſit:is magiſtrum equitum ex collegio prioris anni:quo ſimul tribuni militũ cõſulari poteſtate fuerãt.L.Quintiũ Cincinatum dignũ parente iuuenem dixit.Ad delectũ a conſulibus habitũ:centuriones urteres belli periti adiecti:& numerus amiſſoꝝ proxima pugna expletus.Legatos Quintiũ Capitolinũ &.M.Fabium Vibulanũ ſequi ſe dictator iuſſit.Tum poteſtas maior:tũ uir quoqꝫ poteſtati par:hoſtes ex agro romano trans aniené ſubmouerꝭ: colleſqꝫ intra Fidenas atqꝫ aniené ceperunt referentes caſtra:nec ante ĩ campos digreſſi ſunt:quã legiones auxilio faliſcoꝝ uenerunt:tum demum caſtra Ethruſcoꝝ pro mœnibus Fidenaꝝ poſita: Et dictator romanus haud procul ĩde ad cõfluentes cõſedit in utriuſqꝫ ripis amnis:qua ſequi munimento poterat uallo interpoſito:poſtero die in aciẽ eduxit.Inter hoſtes uariæ fuere ſententiæ:faliſcus procul ab domo militiã ægre patiens:ſatiſqꝫ fidens ſibi poſcere pugnã:ueienti fidenatiqꝫ plus ſpei in trahẽdo bello eſſe.Tolumnius:q̄q̄ ſuoꝝ magis placebant conſilia:ne longinquã militiã nõ paterenꝭ faliſci:poſtero die ſe pugnatuꝝ dicit:Dictatori ac romanis:quod detrectaſſet pugnã hoſtis:animi acceſſere.Poſtero die iã militibus caſtra urbemqꝫ ſe oppugnaturos fremẽtibus:ni copia pugnæ fiat:utrinqꝫ acies ĩter bina caſtra in mediũ cãpi ꝓcedunt.Veiens multitudine abũdans:qui ĩter dimicationẽ caſtra romana aggrederentur:poſt mõtes circũmiſit:trium populoꝝ exercitus ita ſtetit inſtructus: ut dexterum cornu ueientes:ſiniſtrum faliſci tenerent:medii fidenatus eẽnt.Dictator dextero cornu aduerſus faliſcos:ſiniſtro contra ueiẽtem Capitolinus Quintius intulit ſigna:ante mediã aciẽ cũ equitatu magiſter equitum ꝓceſſit.Parump ſilentium & quies fuit:nec Ethruſcis:niſi cogerenꝭ:pugnã inituris:& dictatore arcem romanã reſpectante:ut ex auguribus ſimul aues rite admiſſæ eſſent:excõpoſito tolleretur ſignũ:qđ ſimul ubi cõſpexit primos equites:clamore ſublato:ĩ hoſtem emiſit:ſecuta peditum acies ĩgẽti ui cõflixit:nulla parte legiões Ethruſcæ ſuſtinere impetũ romanoꝝ:eques maxĩe reſiſtebat:equitumqꝫ lõge fortiſſimus ipſe rex:ab omni parte effuſe ſeq̃ntibus obequitãs romanis trahebat certamẽ.

Coſſus larté Tolumnium occidit

Erat tum ĩter equites tribunus militũ.A.Cornelius Coſſus eximia pulchritudĩe corporis aĩo ac uiribus par.memorqꝫ generis:quod ampliſſimũ acceptũ maius auctiuſqꝫ reliquit poſteris:is cũ ad impetũ Tolumnii quacũqꝫ ſe ĩtendiſſet:trepidãtes romanas uideret turmas:ĩſignẽqꝫ eũ regio habitu uolitantẽ tota acie cognouiſſet:hiccine eſt:inq̃t:ruptor fœderis humani:uiolatorqꝫ gentiũ iuris: iam ego hanc mactatam uictimã:ſi modo ſancti quicquã in terris eſſe dii uolunt legatoꝝ manibus dabo:calcaribus ſubditis infeſta cuſpide in unũ fertur hoſtẽ:quẽ cũ ictũ equo deieciſſet:cõfeſtim & ipſa haſta innixus ſe in pedes excipit:aſſurgentẽ ibi regẽ umbone reſupinat:repetitumqꝫ ſæpius cuſpide ad terram affixit:tum exãgui detracta ſpolia:caputqꝫ abſciſſum uictor ſpiculo gerẽs terrore cæſi regis hoſtes fundit:ita eq̃tum quoqꝫ fuſa acies:quæ una fecerat anceps certamẽ.Dictator:fugatis legionibus: inſtat : & ad caſtra cõpulſos cædit:fidenatium plurimi locoꝝ noticia effugere ĩ montes . Coſſus tyberim cũ eq̃tatu trãſuectus:ex agro ueientano ingẽtem detulit p̄dam ad urbẽ.Inter p̄lium & ad caſtra romana pugnatum ẽ:aduerſus partẽ copiaꝝ ab Tolumnio:ut ante dictũ eſt:ad caſtra miſſam.Fabius Vibulanus corona primũ uallũ defendit:intentos deĩde hoſtes in uallũ:egreſſus dextra principali cũ triariis repẽte inuadit:quo pauore iniecto cædes minor quia pauciores erãt fuga nõ minus trepida quã ĩ acie fuit. Oĩbus locis re bene geſta dictator ſenatuſcõſulto iuſſuqꝫ populi triũphans in urbẽ redit.Longe maximũ triũphi ſpectaculũ fuit.Coſſus ſpolia opima regis ĩterfecti gerens:in eũ milites carmina incondita

Coſſus opima Spolia dedicit

æquantes eũ Romulo canere:ſpolia in æde Iouis Feretrii prope Romuli ſpolia:quæ prima opima appellata ſola ea tẽpeſtate erant : cũ ſolemni dedicatione dono fixit:auerteratqꝫ in ſe a curru dictatoris ciuium ora & celebritatis eius diei fructũ ꝓpe ſolus tulerat.Dictator coronã aureã libræ pondo ex publica pecunia populi iuſſu ĩ capitolio Ioui donũ poſuit.Oẽs ante me auctores ſecutus.A.corneliũ Coſſum tribunum militũ ſecũda ſpolia opima Iouis Feretrii tẽplo intuliſſe expoſui: cæteꝝ preterq̃ quod ea rite opima ſpolia habentur:quæ dux duci detraxerit:nec ducẽ nouimus:niſi cuius auſpicio bellũ gerit:titulus ipſe ſpoliis ĩſcriptus illos meqꝫ arguit:cõſulẽ ea Cuſſum cepiſſe:hoc ego cũ Auguſtũ Cæſarem temploꝝ omniũ conditorẽ aut reſtitutorẽ ĩgreſſum ædem Feretrii Iouis:quã uetuſtate dilapſam

Romani legati fideius cæſi

Statue legatis cæſis in roſtris poſite

M. Geganius L.Sergius conſ.

refecit ſeipſum in thorace linteo ſcriptũ legiſſe audiſſem ꝓpe ſacrilegiũ ratus ſum Coſſum ſpoliorum
ſuoꝝ:Cæſaréqꝫ ipſius tépli auctoré ſubtrahere teſté:q ſi ea in re error:qđ tam ueteres annales quodqꝫ
magiſtratuũ libri:quos linteos ĩ æde repoſitos Monetæ Macer Licinius citat idétidem auctores: ſepti
mo poſt demũ anno cũ.T.Quintio Peno Aulũ Corneliũ Coſſum conſulé habeãt:exiſtimatio cõmu/
nis oĩbus eſt:nã ét illud accedit:ne tã clara pugna in eũ annũ trãſferri poſſet:qđ ĩbelle triénium ferme
peſtilétia inopiaqꝫ frugũ circa.M.Corneliũ cõſulé fuit:adeo ut quidã annales uelut funeſti nihil ꝑter
noĩa cõſulũ ſuggerãt:tertius ab cõſulatu Coſſiãnus tribunũ eũ militũ cõſulari ꝑtáte habet: eodé anno
magiſtrũ eqtum quo in imperio alteram inſignem ædidit pugnam equeſtrem:ea libera cõiectura eſt:
ſed ut ego arbitror:uana uerſare in oẽs opiniones licet:cum auctor pugnæ recẽtibus ſpoliis ĩ ſacra ſede
poſitis:Iouem prope ipſum:cui uota erant:Romulũqꝫ intuens:haud ſpernendos falſi tituli teſtes ſeſe
A.Cornelium conſulem ſcripſerit.M.Cornelio maluginenſe.L.Papyrio Craſſo conſulibus:exercitus M.Cor
in agrum ueientem ac faliſcum ducti:prædæ abactæ hominum pecorumqꝫ:hoſtis in agris nuſquam nelius
inuentus:neqꝫ pugnandi copia facta:urbes tamen non oppugnatæ quia peſtilétia populum inuaſit & L.Papy/
ſeditiones domi quæſitæ ſunt:nec motæ tamé ab Sp.Melio tri.ple.qui fauore nominis moturum ſe rius cõs.
aliquid ratus:& Minutio diem dixerat:& rogationem de publicandis bonis Seruilii Halæ tulerat:fal/ Clau.
ſis criminibus a Minutio circũuentum Melium argués Seruilio cædem ciuis ĩdemnati obiiciés: quæ Iulio
uaniora ad populum ip̃o auctore fuere:cæterum magis uis morbi ingraueſcés curæ erat terroreſqꝫ ac L.Vir/
prodigia:maximeqꝫ crebris motibus terræ ruere in agris nũciabantur tecta obſecratio itaqꝫ a populo ginio
duũuiris præeuntibus facta.Peſtilentior inde annus Claudio Iulio iterum &.L. Virginio conſulibus: cõſu.
tãtum metum uaſtitatis in urbem agriſqꝫ fecit:ut non modo prædãdi cauſa quiſquam ex agro roma/
no nõ exiret:belliue ĩferẽdi memoria patribus aut plebi eſſet:ſed ultro fidenates:qui ſe primo aut op/
pido aut montibus aut muris tenuerant:populabundi deſcenderent in agrum romanum:deinde ue/
ientium exercitu accito:nam faliſci perpelli ad inſtaurandum bellum:neqꝫ clade romanorum:neqꝫ ſo
ciorum precibus potuere:duo populi trãſiere anienem:atqꝫ haud procul collina porta ſigna habuere:
Trepidatũ itaqꝫ nõ in agris magis:quã in urbe eſt.Iulius cõſul ĩ aggere muriſqꝫ explicat copias Ab Vir/
ginio ſenatus ĩ æde Quirini cõſulit dictatoré dici.A.Seruiliũ placet:cuiqꝫ Priſco alii: alii Structo fuiſſe
cognomé tradũt.Virginius:dũ collegã cõſuleret moratus:ꝑmittẽte eo nocte dictatoré dixit:is ſibi ma
giſtrũ equitũ Poſthumiũ Ebuciũ Heluiũ dicit. Dictator oẽs luce prĩa extra portã collinã ad eſſe iubet
quibuſcunqꝫ uires ſuppetebant ad arma ferenda:præſto fuere:ſigna ex ærario prompta feruntur ad di
ctatorem:quæ cũ agerentur:hoſtes in loca altiora cõceſſere eo dictator agmine infeſto ſubit:nec ꝓcul
Nomento:ſignis collatis:fudit hetruſcas legiones.compulit inde in urbem Fidenas ualloqꝫ circũdedit
ſed neqꝫ ſcalis capi poterat urbs alta & munita:neqꝫ in obſidione uis ulla erat:quia frumentum nõ ne/
ceſſitati modo ſatis:ſed copiæ quoqꝫ abunde ex ante conuecto ſufficiebat.Itaqꝫ ex pugnãdi pariter co/
gendiqꝫ ad deditioné ſpe amiſſa:dictator in locis ꝓpter ꝓpinquitatem notis ab auerſa parte urbis ma/
xime neglecta:quia ſuapte natura tutiſſima erat:agere in arcem cuniculũ inſtituit.Ipſe:diuerſiſſimis lo Fidenæ
cis ſubeũdo ad mœnia quadrifariam diuiſo exercitu:qui alii : aliis ſuccederét ad pugnã:cõtinenti die ac capiũt.
nocte prælio:ab ſenſu opis hoſtes auertebat:donec ꝑfoſſo a caſtris monte:erecta in arcé uia eſt:intétiſ/ Villa
qꝫ hetruſcis ad uanas a certo ꝑiculo minas clamor ſupra caput hoſtilis captã urbé oſtẽdit.Eo anno.C. publica
Furius.P.Acilius:&.M.Geganius Macerinus cenſores uillã publicam in cãpo martio ꝓbauerũt: ibi/
qꝫ primũ cenſus populi eſt actus.Eoſdé conſules in ſequenti anno refectos Iuliũ tertiũ.Virginiũ iterũ
apud Macrum Liciniũ inuenio.Valerius Antias:&.Qu.Tubero.M.Manilium.&.Qu.Sulpicium cõ/
ſules in eũ annũ edunt:cæteꝝ in tam diſcrepanti editione & Tubero & Macer libros linteos auctores
ꝓfitentur:neuter tribunos militũ eo anno fuiſſe traditum a ſcriptoribus antiquis diſſimulat Licinio li
bros haud dubie ſequi linteos placet & Tubero incertus ueri eſt ſed inter cætera uetuſtate incomper
ta hoc quoqꝫ in incerto poſitũ.Trepidatum in hetruria eſt poſt Fidenas captas:non ueientibus ſolum
exterritis metu ſimilis excidii:ſed etiam faliſcis memoria initi primo cum iis belli:quãq̃ rebellantibus
non affuerãt.Igitur cũ duæ ciuitates:legatis circa.xii.populos miſſis:impetraſſent:ut ad Voltumnæ fa
num indiceret oĩ hetruriæ concilium.Velut magno inde tumultu ĩminente:ſenatus Mamercum Ae Voltũ/
myliũ dictatoré iteꝝ dici iuſſit.Ab eo Aurelius Poſthumius.Tubero magiſter equitũ eſt dictus:bellũ/ næ fa/
qꝫ tanto maiore:quam ꝓximo conatu apparatũ eſt:quanto plus erat ab oĩ hetruria periculi quam ab/ num
duobus populis fuerat.Ea res aliquanto expectatione oĩum trãquilior fuit.Itaqꝫ cũ renũciatũ a mer/
catoribus eſſet:negata ueientibus auxilia:iuſſoſqꝫ ſuo conſilio bellũ initum ſuis uiribus exequi:nec ad/
uerſaꝝ reꝝ quærere ſocios:cum quibus ſpem integrã cõmunicati nõ ſint:tũ dictator ne nequicq̃ crea
tus eſſet:materia quærendæ bello gloriæ adempta:in pace aliquid opis edere:quod monumentũ eẽt
dictaturæ cupiens:cenſuram minuere parat:ſeu nimiam poteſtaté ratus ſeu nõ tã magnitudine hono/
ris:quã diuturnitate offenſus.Concione itaqꝫ aduocata : rempublicã foris gerendã ait:tutaqꝫ oĩa præ/ Dicta/
ſtãda deos ĩmortales ſuſcepiſſe:ſe quod intra muros agendũ eſſet libertati populi romani conſulturũ tura in
maximã autem eius cuſtodiã eſſe:ſi magna imperia diuturna non eſſent & temporis modus impone annũ &
retur:quibus iuris imponi nõ poſſet:Alios magiſtratus annuos eſſe:quinquénalem cenſurã grauem dimi/
eſſe:iiſdem ꝑ tot annos magna parte uitæ obnoxios uiuere:ſe legé laturum:ne plus: quã annua ac ſe/ diũ con
meſtris cenſura eſſet.Conſenſu ingenti populi legé poſtero die pertulit:ut re ipſa:inquit:ſciatis quiri/ tracta
tes:quã mihi diuturna nõ placeãt imperia:dictatura me abdico:depoſito ſuo magiſtratu:modo alio/

rum magiſtratui impoſito:ſine alteri congratulatione ac fauore ingeniti populi domū eſt reductus Cē
ſores ægre paſſi Mamercū:qđ magiſtratū populi romāi minuiſſet:tribu.mouerūt: octuplicatoqꝫ cēſu
ærarium fecerūt.Quā rem ipm īgenti aīo tuliſſe ferūt:cām potius ignominiæ ītuentem:quā ignomi
niam.Primores patrū quāq̃ diminutū cenſuræ ius uoluiſſent:exemplo acerbitatis cenſoriæ offenſos
qppe cū ſe quiſqꝫ diutius ac ſæpius ſubiectū cenſoribus fore cerneret:q̃ cenſurā geſtuꝝ.Populi certe tā
ta indignatio coorta dr̄:ut uis a cenſoribus nullius auctoritate præterq̃ ipſius Mamerci deterreri que/
rit.Tribuni plebis aſſiduis concionibus prohibendo conſularia comitia:cū res prope ad interregnū ꝓ/
ducta eſſet:euicere tandē:ut tribuni militū conſulari poteſtate crearent̄.uictoriæ præmiū:quod pete/
batur ut plebeius crearet̄:nullū fuit.Oēs patritii creati ſunt.M.Fabius.Vibulanus.M.Folius.L.Sergi/
us Fidenas.Peſtilētia eo anno aliaꝝ reꝝ otium ꝑbuit:ædes Apollini pro ualitudine populi uota ē: mul
ta duūuiri ex libris placandæ deū iræ:auertemdæqꝫ a populo peſtis cā fecere:magna tamē clades ī ur/

Tribūi militū cōſulari ptāte

be agriſqꝫ promiſcue hoīum pecorūqꝫ:pernicie accepta:famē cultoribus agroꝝ timentes in hetruriam
pomptinūqꝫ agꝝ & Cumas:poſtremo in Siciliā quoqꝫ frumenti cā miſere.Conſulariū comitioꝝ nul/
la mentio habita eſt:tribuni militū cōſulari ptāte oēs patritii creati ſunt.L.Pinarius Mamercus.L.Furi
us Medulinus.Sp.Poſthumius Albus.Eo anno uis morbi leuata:neqꝫ a penuria frumenti:qa ante ꝓ/

Aedes apollini uota

uiſum erat:periculū fuit Conſilia ad mouenda bella in Volſcorū Equorūqꝫ conciliis:& in hetruria ad
fanum Voltūnæ agitata.Ibi prolatæ in annū res:decretoqꝫ cautū ne qđ ante conſiliū fieret:nequicq̃ ue
iente populo q̃rente:eandē:qua Fidenæ delectæ ſint:īminere Veiis fortunā.Interim Romæ principes
plebis iamdiu nequicq̃ īminente ſpe maioris honoris:dū foris otiū eſſet:cœtus indicere in domos tri/
bunoꝝ plebei.Ibi ſecreta cōſilia agitare:q̃ri ſe a plebe adeo ſpretos:ut cū per tot annos tribuni militum
conſulari ptāte creentur:nulli unq̃ plebeio ad eum honorē aditus fuerit:multū ꝓuidiſſe ſuos maiores

Plebeiꝫ mgr̄atꝫ nō pa/tet pa/tritiis

q cauerint:ne cui patritio plebeii mgr̄atus paterēt: aut patritios habendos fuiſſe tribunos plebis:adeo
ſe ſuis etiā ſordere:nec a plebe minus:quā a patribus cōtemni.Alii purgare plebē:culpā in pr̄es uerte/
re:eoꝝ ābitione artibuſqꝫ fieri:ut obſeptū plebi ſit ad honorē iter:ſi plebi reſpirare ab eoꝝ mixtis ꝑci/
bus miniſqꝫ liceat:memorem eā ſuoꝝ inituram ſuffragia eſſe:& parto auxilio imperiū quoqꝫ aſciturā.
Placet tollendæ ambitionis cauſa tribunos legē promulgare:ne cui albū ueſtimentū addere petitiōis
cauſa liceret:parua nūc res:& uix ſerio agēda uideri poſſit quæ tūc ingenti certamīe pr̄es ac plebē accē/
dit.Vicere tamen tribuni:ut legē perferrent:apparebatqꝫ irritatis animis plebem ad ſuos ſtudia inclina
turā:quæ ne libera eſſent:ſenatuſconſultū factū eſt:ut conſularia comitia haberentur:tumultus cauſa

T.Quītius. Gn.Iulius cōſ.

fuit.quem ab equis:& Volſcis latini:atqꝫ Hernici nūciarant.T.Quintius.L.filius Cincinnatus eidem
& Peno cognomen addit̄:&.Gn.Iulius Mento cōſules facti:nec ultra terror belli eſt dilatus lege ſacra
ta:quæ maxima aqud eos uis cogendæ militiæ:erat delectu habito:utrinqꝫ ualidi exercitus ꝓfecti in
Algidum cōuenere:ibiqꝫ ſeorſum,Equi:ſeorſum Volſci caſtra cōmuniuere:ītentiorqꝫ quā unquā āte
muniēdi exercēdiqꝫ militem cura ducibus erat:eo plus nūcii terroris Romam attulere.Senatui dici di
ctatorem placuit:qa & ſi ſæpe uicti populi:maiore tamē conatu:quā alias unq̃ rebellarent:& aliq̃tum
romane iuuētutis morbo abſumptū erat:ante oīa prauitas cōſulum:diſcordiaqꝫ īter ipſos & certamīa
in cōſiliis oībus terrebāt.Sunt q male pugnatum ab his cōſulibus in Algido auctores ſint:eamqꝫ cām
dictatoris creādi fuiſſe.Illud ſatis cōſtat ad alia diſcordes:in uno aduerſus patrū uolūtatem conſenſiſſe
ne dicerēt dictatorē:donec cum alia aliis terribiliora afferent̄:nec in auctoritate ſenatus cōſules eſſent.
Quintus Seruilius Priſcus ſummis honoribus egregie uſus:uos:inquit:tribuni plebis:quoniā ad ex/
trema uētum eſt:ſenatus appellat:ut in tanto diſcrimine reipublicæ dictatorē dicere cōſules ꝓ poteſta
te ueſtra cogatis.Qua uoce audita:occaſionē oblatam rati tribuni augēdæ ptātis ſecedūt: proqꝫ colle/
gio ꝓnunciāt placere cōſules ſenatui dicto audientes eſſe:ſi aduerſus cōſenſum ampliſſimi ordinis ul/
tra tendāt:in uincula ſe duci eos iuſſuros.Cōſules a tribunis:quam a ſenatu uinci maluerūt ꝓditum a
patribus ſummi īperii ius:datūqꝫ ſub iugum tribuniciæ poteſtati cōſulatū memorātes: ſi q̄dem cogi
aliqd ꝓ poteſtate ab tribuno cōſules:& quo qd ulterius priuato timēdum foret:in uincula ēt duci poſ

Tribūi cōſules ꝓ ptāte cogūt

ſent.Sors ut dictatorē diceret: nā ne id qdē īter collegas cōuenerat.T.Quītio euenit:is.A.Poſthumiū
Tubertū ſocerū ſuū ſe ueriſſimi īperii uiꝝ dictatorem dixit:ab eo.L.Iulius magiſter equitū eſt dictus
ſimul edicit̄ & iuſticium:neqꝫ aliud tota urbe agi:quā bellū apparari:cognitio uacantium militiæ mu
nere poſt bellū differt̄ ita dubii quoqꝫ īclināt ad noīa dāda:& Hernicis latiniſqꝫ milites īperati: utrīqꝫ
obnixe obeditum dictatori eſt.Hæc oīa celeritate ingēti acta:relictoqꝫ Gn.Iulio cōſule ad ꝑſidium ur
bis:&.L.Iulio magiſtro eqtum ad ſubita belli miniſteria:ne qua res:qua eguiſſent in caſtris: moraret̄:
dictator ꝑeunte.A.Cornelio pōtifice maximo ludos magnos tumultus cā uouit:ꝓfectuſqꝫ ab urbe:di
uiſo cum Quintio cōſule exercitu:ad hoſtes ꝑuenit.Sicut bina caſtra hoſtium paruo īter ſe ſpatio di/

Ludi magni uoti

ſtantia uiderāt:ipſi quoqꝫ mille ferme paſſus ab hoſte.dictator Tuſculo:cōſul Lanuuio ꝓpiorē locum
caſtris ceperūt.Ita quattuor exercitus totidem munimēta planiciem in medio nō paruis modo excur
ſionibus ad prælia ſed uel ad explicādas utrīqꝫ acies ſatis patētem habebāt:nec ex quo caſtris caſtra col
lata ſunt:ceſſatum a leuibus præliis eſt:facile patiēte dictatore cōferēdo uires ſpem uniuerſæ uictorie
temptato paulatim euentu certaminum ſuos ꝑcipere.Itaqꝫ hoſtes nulla in prælio iuſto relicta ſpe:no/
cte adorti caſtra cōſulis:rem in caſum ancipitis euētus cōmittūt.Clamor ſubito ortus: nō cōſulis mō
uigiles:exercitū deide oēm:ſed dictatorem quoqꝫ ex ſomno exciuit.Vbi præſenti ope res egebant:con
ſul nec aīo deficit:nec cōſilio:pars militum portaꝝ ſtationes firmant:pars corona uallum cingunt.In

alteris apud dictatorem caſtris quo minus tumultus ẽ:eo plus aĩaduertit̃:qd opus facto ſit miſſum ex tẽplo ad caſtra ſubſidiũ:cui.Sp.Poſthumius albus legatus præficitur.Ipſe ꝑte copiaꝝ paruo circuitu locum maxime ſecretũ ab tumultu petit unde ex necopinato aduerſũ hoſtẽ ĩuadat. Qu. Sulpiciũ legatũ præfecit caſtris.M.Fabio legato aſſignat eqites nec ante lucẽ mouere iubet:manũ inter nocturnos tumultus moderatu difficilẽ.Oĩa:quæ uel alius ĩperator prudẽs & ĩpiger in tali re ꝓciperet ageretq́ʒ:præcepit ordĩe:atq́ʒ egit.Illud eximiũ cõſilii aĩq́ʒ ſpecimẽ & neutiq́ʒ uulgatæ laudis:qđ ultra ad oppugnãda caſtra hoſtiũ:unde maiore agmĩe ꝓfectos exploratũ fuerat.M.Geganiũ cũ cohortibus delectis miſit.Qui poſteaq̃ ĩtentos hoĩes in euentũ ꝑiculi alieni:ꝓ ſe ĩ cautos neglectis uigiliis ſtatiõibuſq́ʒ ẽ adortus prius pene cepit caſtra:q̃ oppugnari hoſtes ſatis ſcirent.Inde fumo:ut cõuenerat:datũ ſignũ:ubi cõſpectũ a dictatore eſt:exclamat:capta hoſtiũ caſtra nũciariq́ʒ paſſim iubet.Et iã luceſcebat:oĩaq́ʒ ſub oculis erãt:& Fabius cũ equitatu ĩpetũ dederat:& cõſul eruptionẽ e caſtris in trepidos iam hoſtes fecerat. Dictator autẽ parte altera ſubſidia:& ſecũdã aciẽ adortus:circũagentes ad diſſonos clamores ac ſubitos tumultus:hoſti undiq́ʒ obiecerat uictorem peditẽ equitẽq́ʒ.Circũuenti igitur iã ĩ medio ad unum oẽs pœnas rebellionis dediſſent:ni Vectius Meſſius rex uolſcis nobilior uir factis quã genere:iã orbem uoluẽtes ſuos ĩcrepans clara uoce:Hic ꝑbituri:inquit uos tælis hoſtiũ eſtis indefenſi:inulti:ꝗd igit̃ arma habetis:aut qd ultro bellum ĩtuliſtis:ĩ otio tumultuoſi:ĩ bello ſegnes.quid hic ſtãtibus ſpei eſt an deum aliquem ꝓtectuꝝ uos rapturumq́ʒ hĩc putatis:ferro uia faciẽda eſt hac: qua me progreſſum uideritis:agite:qui uiſuri domos:parẽtes:cõiuges:liberos eſtis:item ecum:nõ murus nec uallum:ſed armati armatis obſtãt uirtute pares:neceſſitate:quæ ultimum ac maximum telum eſt:ſuperiores eſtis. Hæc locutũ exequẽteſq́ʒ dicta redĩtegrato calmore ſecuti dãt impreſſiõem:qua Poſthumius albus cohortes obiecerat:& mouerũt uictorẽ:donec dictator plebem iam referentibus ſuis aduẽit:eoq́ʒ oẽ ꝑliũ uerſum eſt Vni uiro Meſſio fortũa hoſtiũ inititur: multa utriq́ʒ uulnera:multa paſſim cædes eſt.Iam ne duces quidem romãi ĩcruẽti pugnãt.Ibi Poſthumius ictus ſaxo perfracto capite acie exceſſit.Nõ dictatorem humerus uulneratus:nõ Fabiũ prope affixũ equo femur:nõ brachiũ abſciſum cõſulem extã ancipiti prælio ſummouit.Meſſiũ impetus ꝑ ſtratos cæde hoſtes cũ globo fortiſſimoꝝ iuuẽtum extulit ad caſtra Volſcoꝝ:quæ nõdũ capta erãt eodem oĩs acies ĩclinatur.Cõſul effuſos uſq́ʒ ad uallũ perſecutus:ipſa caſtra uallũq́ʒ aggredit̃:eodẽ & dictator alia parte copias admouet: nõ ſegnior oppugnatio eſt:quam pugna fuerat.Conſulẽ ſignum quoq́ʒ intra uallũ inieciſſe ferũt:quo milites acrius ſubirent repetendoq́ʒ ſigno primã impreſſiõem factam:& dictator proruto uallo iã ĩ caſtra bellum ĩtulerat tũ abiici arma paſſim ac dedi hoſtes cœpti:caſtriſq́ʒ & his captis:hoſtes præter ſenatores oẽs uenũdati ſũt Prædæ pars ſua cognoſcentibus latinis:atq́ʒ hernicis reddita partem ſub haſta dictator uẽdidit: præpoſitoq́ʒ cõſule caſtris ipſe triumphãs ĩuectus urbem:dictatura ſe abdicauit:Egregiæ dictaturæ triſtẽ memoriam faciũt:q̃ filium ab.A.Poſthumio:quo occaſione bene pugnandi captus iniuſſu diſceſſerit præſidio:uictorem ſecuri percuſſum tradunt:nec libet credere:& licet in uariis opiniõibus argumento eſt:quod imperia malliana nõ poſthumiana appellata ſint:quoniam qui prior auctor tam ſæui exẽpli foret:occupaturus ĩſignem titulum crudelitatis fuerit:imperioſo quoq́ʒ Mallio cognomẽ ĩditum: Poſthumius nulla triſti nota eſt ĩſignitus.C.Iulius cõſul ædem Apollinis:abſente collega:ſine ſorte dedicauit.ægre id paſſus Quĩtius:cũ dimiſſo exercitu ĩ urbẽ rediſſet:ne quicquã ĩ ſenatu eſt cõqueſtus. Inſigni magnis rebus ãno additur:nihil tum ad rem romanã pertĩere uiſum:quod carthagineſes tãti hoſtes futuri:tum primũ ꝑ ſeditiões ſiculoꝝ ad partis alterius auxilũ ĩ Siciliam exercitum traiecere.

Agitatum in urbe a tribũis plebis:ut tribuni militũ cõſulari ꝑtãte crearent̃:nec obtineri potuit. Cõſules fiũt.L.Papyrius Craſſus.L.Iulius.Equoꝝ legati fœdus ab ſenatu cum petiſſent:& ꝓ fœdere deditio oſtẽtaret̃:ĩducias annoꝝ octo ĩpetrauerũt.Volſcoꝝ res ſup acceptã in Algido cladem ꝑtinaci certamine ĩter pacis belliq́ʒ auctores ĩ iurgia & ſeditiões uerſa:undiq́ʒ otium fuit romãis.Legẽ de mulctaꝝ æſtimatiõe ꝑgratam populo:cum ab tribunis parari cõſules unius ex collegio ꝓditiõe excepiſſent:ĩpi ꝓoccupauerũt ferre.Cõſules.L.Sergius Fidenas iteꝝ:Hoſtius Lucretius Tricipitinus:nihil dignum dictu actũ his cõſulibus.Secuti eos cõſules.A.Cornelius Coſſus.T.Quĩtius Pœnus iteꝝ Veiẽtes ĩ agrũ romanũ excurſiões fecerũt:fama fuit quoſdam ex fidenatiũ iuuentute participes eius populatiõis fuiſſe cognitio eius rei.L.Sergio &.Q.Seruilio & Mamerco Aemylio ꝑmiſſa:qdam Hoſtiã relegati:quod cur ꝑ eos dies a Fidenis abfuiſſent:paꝝ cõſtabat:colonoꝝ additus numerus:agerq́ʒ iis bello interẽptorum aſſignatus.Siccitate eo anno plurimũ laboratũ eſt:nec cæleſtes mõ defuerunt aq̃:ſed terra quoq́ʒ ĩgenito humore egens uix ad peremnes ſuffecit amnes defectus alibi aquarũ circa torridos fontes riuoſq́ʒ ſtragẽ ſiti pecoꝝ moriẽtium dedit: ſcabie alie abſumpta uulgatiq́ʒ attactu in hoĩes morbi:& primo ĩ agreſtes ĩgruerãt ſeruitiaq́ʒ:urbs deĩde ĩplet̃.Nec corpora mõ affecta tabo:ſed aĩos quoq́ʒ multiplex religio:& pleraq́ʒ externa inuaſit:nouos ritus ſacrificãdi uaticinãdo ĩferentibus ĩ domos: qbus q̃ſtui ſunt capti ſupſtitione animi:donec publicus iam pudor ad primores ciuitatis ꝑuenit:cernentes in oĩbus uicis ſacelliſq́ʒ ꝑegrina atq́ʒ ĩſolita piacula pacis deũ expoſcẽdæ:datum ĩde negotiũ ædilibus: ut aĩaduerterẽt:nequi:niſi romani dii:neu quo alio more:quã patrio colerent̃.Iræ aduerſus Veiẽtes in ĩſequẽtem annũ.C.Seruilio Hala.L.Papyrio Mugilano cõſulibus dilatæ ſunt.Tũc quoq́ʒ ne cõfeſtim bellũ ĩdiceret̃:neue exercitus mitterent̃:religio obſtetit:fœciales prius mittẽdos ad res repetẽdas cenſuere.Cũ Veiẽtibus nuꝑ acie dimicatũ ad Nomẽtum & Fidenas fuerat ĩduciæq́ʒ ĩde nõ pax facta: q̃rũ & dies exierat:& ante diem rebellauerãt:miſſi tamẽ fœciales:nec cũ more patrum iurati repeterẽt res

Attur hoſtiũ cladem

Ro. uictor

Dubiũ an. poſthũius filiũ occiderit

Carthagineſes quo primũ tpe ĩ ſiciliã traiecerint

L.Sergius hoſtilius tricipitinus cõſ.

Aulus Cornelius Coſſus. T. Quĩtiꝰ penus conſſ.

C.Seruilius hala.L. Papyriꝰ conſu.

uerba ſunt audita.Cõtrouerſia ĩdẽ fuit:utrum populi iuſſu ĩdiceret̃ bellum:an ſatis eſſet ſenatuſcõſul
tum:ꝑuicere tribuni denũciando ĩpedituros ſe delectũ:ut Quĩtius cõſul de bello ad populũ ferret:oẽs
cẽturiæ iuſſere.In eo quoq; plebs ſupior fuit:qđ tenuit:ne cõſules ĩ ꝓximũ annũ crearẽtur:tribuni mi
litum cõſulari ꝑtãte q̃ttuor creati.T.Quĩtius Penus ex cõſulatu.C.Furius.Martius Poſthumius &.A.
Cornelius Coſſus:ex iis Coſſus ꝓfuit urbi:tres delectu habito ꝓfecti ſũt Veios: documẽtoq; fuere quã
pluriũ ĩperiũ bello inutile eẽt:tẽdẽdo ad ſua qſq; cõſilia: cũ alii aliud uideret̃:aperuerũt ad occaſionem
locũ hoſti:incertã nãq; aciẽ:ſignũ aliis dari receptui:aliis cani iubẽtibus:ĩuaſere oportune ueiẽtes caſtra
ꝓpinqua:turbatos ac terga dãtes accepe.Plus itaq; ignominiæ:quã cladis ẽ acceptũ:mœſta ciuitas fuit
uinci ĩſueta:odiſſe tribunos:poſcere dictatorẽ:in eo uerti ſpes ciuitatis:& cũ ibi quoq; religio obſtaret:
ne poſſet niſi a cõſule dici dictator:augures cõſulti eã religionẽ exemere.A.Cornelius dictatorem Ma/
mercũ æmyliũ dixit:& ipſe ab eo magiſter eqtum eſt dictus:adeo ſimul fortuna ciuitatis uirtute uera
eguit:qđ nil cẽſoria aĩaduerſio effecit:quo minus regimina reꝝ ex notata ĩdigne domo peterẽt. Veien
tes re ſecũda elati miſſis circũ Ethruriæ populos legatis:iactãdo tres duces romanos a ſe uno ꝓlio fu/
ſos:cũ tamẽ nullã publici cõſilii ſocietatem mouiſſent:uolũtarios undiq; ad ſpem ꝓdæ acciuerãt. Vni
Recẽs fidena/ tiũ ſcel⁹ — fidenatiũ populo rebellare placuit:& tãq; niſi ab ſcelere bellũ ordiri nefas eẽt:ſicut legatoꝝ antea:ita tũ
nouoꝝ colonoꝝ cæde ĩbutis armis Veiẽtibus ſeſe cõiungunt.Cõſultare ĩde prĩcipes duoꝝ populorũ
Veios an Fidenas ſedem belli caperẽt:Fidenæ uiſæ opportuniores.Itaq; traiecto tyberi ueiẽtes fidenas
trãſtulerũt bellũ:Romæ terror ĩgens erat:accito exercitu a Veiis:hoſtibus poſitis ad Fidenas:eoq; ĩꝓo
ob rem male geſtã ꝑculſa caſtra locant̃ ante portã collinã:& in muris armati diſpoſiti:& iuſtitium ĩ fo
ro tabernæq; clauſæ fiũtq; oĩa caſtris:quã urbi ſimiliora.Tum trepidã ciuitatẽ ꝓcõibus ꝑ uicos dimiſ/
ſis dictator ad cõcionẽ ad uocatã ĩcrepauit:qđ aĩos ex tam leuibus fortunæ momẽtis ſuſpẽſos gererẽt:
ut parua iactura accepta:q̃ ipſa nõ uirtute hoſtiũ:nec ignauia Ro.exercitus:ſed diſcordia ĩperatoꝝ ac/
cepta ſit:ueiẽtem hoſtẽ ſepties uictũ ꝑtimeſcãt:Fidenaſq; ꝓpe ſæpius captas:quã oppugnatas:eoſdẽ &
romanos:& hoſtes eẽ q ꝑ tot ſæcula fuerĩt:eoſdẽ aĩos:eaſdẽ corpis uires:eadem arma gerere:ſe quoq;
eundẽ dictatorẽ Mamercũ Aemylium eẽ:q ante ueiẽtium fidenatiumq; adiunctis faliſcis ad Nomen
tum exercitus fuderit:& magiſtrum eqtum.A.Cornelium eundẽ in acie fore:q priore bello tribunus
militũ.L.Tolumnio rege Veiẽtium in cõſpectu duoꝝ exercituũ occiſo ſpolia opima:Iouis feretrii tẽ/
plo ĩtulerit:proĩde memores ſecum triũphos:ſecum ſpolia:ſecum uictoriam eẽ:cum hoſtibus ſcelus
legatoꝝ cõtra ius gẽtium ĩterfectoꝝ:cædem in pace fidenatium colonoꝝ:ĩducias ruptas:ſeptimã ĩfe/
licem defectionem:arma caperẽt:ſimul caſtra caſtris cõiunxiſſent ſatis cõfidere:nec ſceleratiſſimis ho/
ſtibus diutinum ex ignominia exercitus romani gaudium fore:& po.Ro.ĩtellectuꝝ quãto melius de
republica meriti ſint:qui ſe dictatorem tert.dixerint:quam eos:qui ob ereptum cẽſuræ regnum: labẽ
ſecundæ dictaturæ ſuæ impoſuerunt.Votis deinde nũcupatis profectus mille &.d. paſſus citra Fide/
Cõſulis ſtrata/ gema — nas caſtra locat:dextra mõtibus:leua tyberi amne ſeptus.T.Quintiũ Pœnũ legatũ occupare mõtes iu/
bet:occultumq; id iugum capere:quod a tergo hoſtibus foret:ipſe poſtero die cum Ethruſci pleni ani
morum:ac priſtini dici meliore occaſione:quam pugna in aciẽ proceſſiſſent:cũctatus parumper:dum
ſpeculatores referrent.Quintium euaſiſſe ĩ iugum propinquũ arci.Fidenaꝝ:ſigna profert:peditumq;
aciem inſtructam pleno gradu in hoſtẽ inducit:magiſtro equitũ ꝓcipit:ne iniuſſu pugnã incipiat:ſe cũ
opus ſit eq̃ſtri auxilio ſignum datuꝝ:tum ut memor regiæ pugnæ memor opimi doni Romuliq; ac
Iouis feretrii rem gereret.Legiones ĩpetu ĩngẽti confligũt:romanus odio accẽſus impiũ fidenatẽ:præ/
donem ueiẽtem:ruptores ĩduciarum:cruẽtos legatorum infanda cæde:reſpſos:ſanguine colonorum
ſuorum:perfidos ſocios:imbelles hoſtes compellans:factis ſimul dictiſq; odium explet.Cõcuſſerat pri
mo ſtatim congreſſu hoſtẽ:cum repente:patefactis Fidenarum portis noua erupit acies:inaudita ante
id tẽpus:ĩuſitataq;:ignibus armata ĩgens multitudo:facibuſq; ardentibus tota collucens:uelut phana
tico inſtincta curſu ĩ hoſtem ruit:formaq; inſolitæ pugnæ romanos parump exterruit.Tum dictator
Attẽ aciẽ flãmis ſtructã — magiſtro equitum equitibuſq; tum ex montibus Quintio accito prælium ciens:ipſe in ſiniſtrum cor
nu quod incendio ſimilius:quam prælio territum ceſſerat flamis.accurrit:claraq; uoce:fumo ne uicti.
inquit:uelut:examẽ apum loco ueſtro exacti inermi cedetis hoſti? non ferro extinguitis? ignes non fa/
ces has ipſas pro ſe quiſq;:ſi igni non tælis pugnãdum eſt ereptas ultro inferetis:agite noĩs romani &
uirtutis patrum ueſtræq; memores uertite ĩcendium hoc ĩ hoſtium urbem:& ſuis flamis delete Fide/
nas:quas ueſtris beneficiis placare non potuiſtis:legatoꝝ hoc uos ueſtroꝝ colonorumq; ſanguis ua/
ſtatiq; fines monent.Ad imperiũ dictatoris mota cuncta acies:faces partim emiſſæ excipiuntur partĩ
ui eripiũt̃:utraq; acies armatur igni.Magiſter equitũ & ipſe nouat pugnã equeſtrẽ:frenos ut detrahãt
equis imperat:& ipſe princeps calcaribus ſubditis euectus effreno equo in medios ignes infertur:&
alii concitati equi libero curſu ferunt equitẽ in hoſtẽ.Puluis elatus mixtuſq; fumo lucẽ ex oculis uiro/
rum equorũq; aufert:ea:quæ militem terruerat ſpecies:nihil terruit equos:ruinæ igitur ſimilem ſtra/
gem eques quacũq; peruaſerat:dedit.Clamor deĩde accidit nouus:qui cum utranq; mirabũdam in ſe
aciem uertiſſet:dictator exclamat.Quĩtium lagatum:& ſuos ab tergo hoſtem adortos: ipſe redĩtegra
to clamore infert acrius ſigna.Cum duæ acies duo diuerſa prælia circunuẽtos hetruſcos & a fronte &
a tergo urgerent:neq; in caſtra retro:neq; in montes:unde ſe nouus hoſtis obiecerat:iter fugæ eſſet.
& equitem paſſim liberi frænis diſpuliſſent equi.Vueientium maxima pars tyberim effuſi petunt:fi/
denatium qui ſuperſunt:ad urbem Fidenas tendunt:infert pauidos fuga in mediam cædem:obtrun/

cātur in ripiſ:alios ĩ aqua compulſos gurgites ferunt etiā peritos nandi laſſitudo:& uulnera:& pauor
degrauāt:alteꝝ agmen fertur per caſtra in urbem:eodem & romanos ſequentes impetus rapit.Quin/
tium maxime:& cum eo digreſſos modo de mōtibus recētiſſimum ad laborem militem : quia ulti/
mo prælio aduenerāt.Hi poſteaꝗ mixti hoſtibus portam ĩtrauere muros ĩuadunt:ſuiſꝗ capti oppidi
ſignum ex muris tollunt.Quod ubi dictator conſpexit:iam.n.& ipſe ĩ deſerta hoſtium caſtra penetra/ Fidenæ
uerat cupiētem militem diſcurrere ad prædam:ſpe ĩiecta maioris ĩ urbe prædæ:ad portam ducit:re/ capiūt
ceptuſꝗ intra muros: in arcem:quo ruere fugientium turbā uidebat pergit:Nec minor cædes in ur/
be:donec abiectis armis:nihil præter uitam petentes dictarori deduntur urbs caſtraꝗ diripiuntur.Po
ſtero die ſingulis captiuis ab equite ad centurionem ſorte ductis:& quorum eximia uirtus fuerat bi/
nis:aliis ſub corona uenditis:exercitum uictorem opulentumque præda triumphans dictator Ro/
mam reduxit:iuſſoꝗ magiſtro equitum abdicare ſe magiſtratu:ipſe deinde abdicat die ſextodecimo
reddito in pace imperio:quod in bello trepidiſꝗ rebus acceperat. Claſſibus quoꝗ ad Fidenas pugna/
tum cum ueiētibus quidam ānales rettulere rem:æque difficilē atꝗ ĩcredibilem:nec nūc lato ſatis ad
hoc amne: & tum aliquāto ut a ueteribus accipimus arctiore:niſi ĩ traiectu forte fluminis prohibēdo
aliquarum nauium cōcurſum:ĩ maius:ut fit:celebrātes naualis uictoriæ uanum titulum appetiuere.
In ſequēs annus tribunos militares cōſulari ptāte habuit.A.Sempronium Atratinum.L. Quintiū
Cincinatū.L.Horatiū Barbatū.Veiētibus ānoꝝ.xx.ĩduciæ datæ:& æquis triēnii cū plurium annoꝝ
petiſſent:& a ſeditiōibus urbanis otiū fuit.Annū ĩſequētē neꝗ bello foris:neꝗ domi ſeditione ĩſignē:
ludi bello uoti celebrē:& tribunoꝝ militū apparatu & finitimoꝝ cōcurſu fecere.Tribūi cōſulari ptāte
erāt.C.Craſſus.Sp.Neuius Rutilius.T.Seruius Fidenas & Sex.Iulius Tellus:ſpectaculū cōmunitate ēt
hoſpitum ad qđ publico cōſenſu uenerāt: aduenis gratius fuit.Poſt ludos ſeditiones tribunoꝝ plebis
fuerūt:obiurgātium multitudinē qđ admiratiōe eoꝝ:quos odiſſent ſtupēs: æterno ſe ipſa teneret ſer/
uitio:& nō modo ad ſpem cōſulatus ĩ partē reuocandā aſpirare nō auderet:ſed ne ĩ tribunis qdem mi
litum creādis cōmunia eēnt comitia patrum ac plebis:aut ſui ac ſuoꝝ meminiſſet:deſineret ergo mi
rari:cur nemo de cōmodis plebis ageret:eo ĩpendi laborē ac piculum:unde emolumētum:atꝗ honos
ſperet̄:nihil nō aggreſſuros hoīes:ſi magnis conatibus:magna pmia pponant̄:ut qd enim aliqs tribu
nus plebis ruat cæcus in certamia piculo ĩgenti fructu nullo?Ex qbus p certo habeat:patres:aduerſus
quos tenderet:bello inexpiabili ſe pſecuturos:apud plebem:p qua dimicauerit:nihilo ſe honoratiorē
fore:neꝗ ſperādum:neꝗ poſtulādum eē:magnos aīos niſi magnis honoribus fieri:neminē ſe plebeiū
contēptuꝝ: ubi contēni deſiſſent:experiēdam rem deniꝗ in uno:aut ĩ altero eſſe:ſit ne aliqs plebeius
ferēdo magno honori:an portēto ſimile miraculoꝗ ſi fortem ac ſtrenuū aliquē exiſtere ortum ex ple/
be crederēt.Summa ui expugnatū eē:ut tribuni militū cōſulari ptāte &ex plebe crearent̄:petiſſe uiros
domi militiæꝗ ſpectatos:primis ānis ſugillatos:repulſos riſui patribus fuiſſe:deſiſſe poſtremo pbere
ad cōtumeliam os:nec ſe uidere:cur nō lex quoꝗ abroget̄:qa id liceat:qđ nunꝗ futuꝝ ſit: minorē qp/
pe ruborē fore in iuris iniquitate:quam ſi p ĩdignitatē eoꝝ ptereant̄.Huius generis oratiōes cum aſ/
ſenſu auditæ ĩcitauere quoſdā ad petēdum tribunatū militū:aliū alia de cōmodis plebis laturum ſe in
magiſtratu profitētē:agri publici diuidēdi:coloniarūꝗ deducēdaꝝ oſtētate ſpes:& uectigali poſſeſſo/
ribus agroꝝ impoſito in ſtipēdium militum erogandi æris.Captatū deinde tēpus ab tribunis militū
quo p diſceſſum hominum ab urbe:cum patres clandeſtina denūciatione reuocati ad diē certū eēnt:
ſenatuſconſultum fieret abſentibus tribunis plebis:ut quoniam Volſcos in Hernicoꝝ agros pdatum
exiſſe fama eēt:ad rē ĩſpiciēdam tribuni militum pficiſceret̄:cōſulariaꝗ comitia haberēt̄.Profecti.A.
Claudium filium decēuiri pfectum urbis reliquerūt impigrū iuuenem: etiā ĩde ad ĩcunabilis ĩbutum
odio tribunoꝝ plebis nec cum abſentibus iis:qui ſenatuſcōſultum fecerāt:nec cū Appio:trāſacta re qđ
contēderent:fuit.Creati conſules. A.Sempronius:&.Qu.Fabius.Vibulanus.Peregrina res:ſed memo/
ria digna traditur eo āno facta.Vulturnū hetruſcoꝝ urbem quæ nūc.Capua eſt ab ſamnitibus captam
Capuāꝗ ab duce eoꝝ Capi:uel quod propius uero ē a cāpeſtri agro appellatā.Cepere āt prius:bello
fatigatis hetruſcis:ĩ ſocietatem urbis agrorumꝗ acceptis:deīde feſto die grauatos uino epuliſꝗ ĩcolas A. Sem
ueteres noui coloni nocturna cæde adorti.His rebus actis conſules ii quos diximus:idibus decembris pronioꝫ
magiſtratū occepere.Iā nō ſolū:qui ad id miſſi erāt:rettulerūt ĩminere uolſcum bellum:ſed legati quo conſul.
ꝗ ab latinis & hernicis nūciabāt:nō ante unquam uolſcos nec ducibus legēdis:nec exercitui ſcribendo Q.Fab.
ĩtētiores fuiſſe:Vulgo fremere:aut ĩ perpetuum bellum armaꝗ obliuioni dāda iugumꝗ accipiēdum: uibula/
aut iis: cū quibus de imperio certet̄:nec uirtute:nec paciētia:nec diſciplina rei militaris cedendum eē. nus uiī
Haud uana attulere ſed nec perīde patres moti ſunt.& A.Sempronius:cui ea prouincia ſorte euenit tā Capua
quam cōſtātiſſimæ rei fortuna frætus:quod uictoris populi exercitum aduerſus uictos duxiſſet:oīa te
mere ac negligēter egit:adeo ut diſciplinæ romanæ plus ĩ uolſco exercitu:quam ĩ romano eſſet.Ergo
fortūa:ut ſæpe alias:uirtutem eſt ſecuta.primo.Prælio:quod a Sempronio incaute ĩcōſulteque com/
miſſum:eſt nō ſubſidiis firmata acie:nō eqte apte locato concurſum eſt:clamor ĩdiciū primū fuit:quo
res ĩclinatura eſſet:excitatior crebriorꝗ ab hoſte ſublatus:ab romanis diſſonus:impar:ſegnis:ſæpe ite
ratus incerto clamore pdidit pauorē aīoꝝ:eo ferocior illatus hoſtis urgere ſcutis:micare gladiis alte/
ra ex parte nutant circūſpectantibus galeæ:& incerti trepidant:applicantꝗ ſe turbæ:ſigna nunc reſiſtē
tia deferuntur ab anteſignanis:nūc inter ſuos manipulos recipiuntur.Nōdum fuga certa:nōdum ui/
ctoria erat:tegi magis romanus:quam pugnare.Volſci ĩferre ſigna:urgere aciem:plus cædis hoſtiū ui/

dere:quam fugæ.Iam ĩ oĩbus locis ceditur nequicꝗ Sempronio conſule obiurgãte atque hortãte:ni/
Sex. Tē panius hil nec imperium:nec maieſtas ualebat:dataq; mox terga hoſtibus forẽt:ni.Sex.Tempanius decurio
eqtum labẽte iam re: præſenti aĩo ſubueniſſet:q cum magna uoce exclamaſſet:ut equites: qui ſaluã rẽ
publicã uellent eſſe:ex equis deſilirent:oĩum turmaꝝ equitibus uelut ad conſulis ĩperium motis:niſi
hæc:inquit:armata cohors ſiſtat ĩpetum hoſtiũ:actum de imperio eſt:ſequimini pro uexillo cuſpidem
meã oſtendite romanis:uolſciſq; neq; eqtibus uobis ullos equites:neq; peditibus eẽ pedites pares.Cũ
clamore approbata adhortatio eẽt:uadit alte cuſpidẽ gerens:quacũq; incedunt:ui uiã faciunt:eo ſe ĩfe/
runt obiectis parmis:ubi ſuoꝝ plurimũ laborem uident: reſtituunt oĩbus locis pugnã:in quæ eos ĩpe/
tus tulit:nec dubiũ erat:qn ſi tam pauci ſimul obire oĩa poſſent:terga daturi hoſtes fuerint.Et cũ iam
parte nulla ſuſtinerent:dat ſignũ uolſcus ĩperator:ut parmatis nouæ cohorti hoſtiũ locus detur: dõec
ĩpetu illatis ab ſuis excludant.Quod ubi factũ eſt:interclusi equites cũ nec prorumpere eadẽ:qua tran
ſierant:poſſent:ibi maxime cõfertis hoſtibus:qua uiã fecerant:& cõſul legioneſq; romanæ:cũ quod te
gimen modo oĩs exercitus fuerat:nuſꝗ uiderent:ne tot fortiſſimos uiros interclusos opprimeret ho/
ſtis:tendunt in quẽcunq; caſum:diuerſi uolſci hinc conſulẽ:ac legiones ſuſtinere:altera fronte inſtare
Tempanio atq; equitibus.Qui cum ſæpe conati nequiſſent perrumpere ad ſuos:tumulo quodã occu
pato:in orbem ſe tutabantur:nequaꝗ multi:nec pugnæ finis ante noctem fuit.Conſul quoq;:nuſꝗ re/
miſſo certamine:dum quicꝗ ſuperfuit luminis:hoſtem tenuit.Nox incertos diremit.Tantuſq; ab im
prudentia euentus utraq; caſtra tenuit pauor:ut:relictis ſauciis:& magna parte impedimentoꝝ:ambo
Atẽ ãci pitẽ pu gnæ euentũ pro uictis exercitus ſe ĩ montes proximos reciperẽt. Tumulus tamẽ circũſeſſus ultra mediam ẽ noctẽ
quo cum circũſedentibus denunciatũ eſſet caſtra deſerta eſſe:uictos rati ſuos & ipſi:qua quẽq; in tene
bris pauor tulit:fugerunt.Tempanius metu inſidiaꝝ ſuos ad lucem tenuit:digreſſus deinde ipſe cum
paucis ſpeculatũ:cum ab ſauciis hoſtibus ſciſcitando compiſſet caſtra uolſcoꝝ deſerta eſſe:lætus ab tu/
mulo ſuos deuocat:& in caſtra romana penetrat.Vbi cũ uaſta deſertaq; oĩa atq; eandem:quã apud ho/
ſtes fœditatem inueniſſet:priuſꝗ uolſcos cognitus error reduceret:quibus poterat ſauciis ductis ſecũ:
ignarus:quam regionẽ conſul petiſſet:ad urbẽ proximis itineribus pergit:Iam eo fama pugnæ aduer/
ſæ:caſtrorũq; deſertoꝝ perlata erat:& ante oĩa deplorati erãt equites nõ priuato magis:quam pubilco
luctu. Fabiuſq; conſul: terrore urbi quoq; iniecto:ſtationes ante portas agebat:cũ equites ꝓcul uiſi nõ
ſine terrore ab dubiis:quinam eſſent:mox cogniti tãtam ex metu lætitiã fecere:ut clamor urbem per/
uaderet gratulantiũ ſaluos uictoreſq; rediſſe equites:& ex mœſtis paulo ante domibus:quæ comploꝛ
rauerant ſuos:ꝓcurrerẽt in uias:pauidæq; matres ac cõiuges oblitæ præ gaudio decoris obuiã agmi
ni occurrerent:in ſuos quæq; ſimul corpore atq; aĩo uix præ gaudio compotes effuſæ.Tribũis plebis:
qui.M.Poſthumio.&.T.Quintio diem dixerãt:quod ad Veios eoꝝ opera male pugnatum eſſet:occa
ſio uiſa eſt per recens odiũ Sempronii conſulis renouandæ in eos inuidiæ.Itaq; aduocata contione cũ
proditam Veiis remp.eſſe ab ducibus:proditum deinde:quia illis impune fuerit:in Volſcis ab conſu/
le exercitum:traditos ad cædem fortiſſimos eqtes:deſerta fœde caſtra uociferati eẽnt.C.Iunius unus
ex tribunis Tempanium equitem uocari iuſſit:coramq; eis Sexte Tempani:inquit:quæro de te:arbi/
treris ne.A.Sempronium conſulem aut in tempore pugnam iniſſe:aut firmaſſe ſubſidiis aciem?aut ul
lo boni cõſulis functum officio?& cum ipſe uictis legionibus romanis tuo cõſilio equitem ad pedites
deduxeris:reſtitueriſq; pugnam:excluſo deinde ab acie noſtra tibi atq; equitibus num aut conſul ipſe
ſubuenerit:aut miſerit p̄ſidium?poſtero deniq; die ecquid præſidii uſꝗ habueris?an tu cohorſq; in ca
ſtra ueſtra uirtute proruperitis?ecquem in caſtris conſulem:ecquem exercitum inueneritis?an deſer/
ta caſtra relictos ſautios milites?Hæc pro uirtute tua fideq;:qua una hoc bello reſpublica ſtetit:dicẽda
tibi ſunt hodie.Deniq; ubi.A.Sempronius?ubi legiones noſtræ ſint?deſertus ſis an deſerueris cõſulẽ
Tẽpanii facinus exercitumq;?uicti:deniq; ſimus an uicimus?Aduerſus hæc Tẽpanii oratio incompoſita fuiſſe dicitur
cæteꝝ militariter grauis:nõ ſuis uana laudibus:nõ crimine alieno læta.Quãta prudẽtia rei bellicæ in
A.Sempronio eẽt:nõ militis de impatore æſtimationem eẽ:ſed Po.Ro.fuiſſe:cum eum comitiis cõ/
ſulem legeret.Itaq; ne ab ſe impatoria cõſilia:nec cõſulares artes exquirerẽt:quæ pẽſitanda quoq; ma/
gnis animis atq; ĩgeniis eẽnt:ſed quod uiderit referre poſſe.Vidiſſe aũt ſe prius:quam ab acie interclu
derẽt:cõſulem ĩ prima acie pugnantẽ:adhortantẽ ĩter ſigna romana:tælaq; hoſtium uerſantẽ: poſtea
ſe ab cõſpectu ſuoꝝ ablatum ex ſtrepitu & clamore ſenſiſſe uſq; ad noctem extractum certamen: nec
ad tumulum:quẽ ipe tenuerat:præ multitudine hoſtium perrumpi potuiſſe.Exercitus ubi eẽt:ſe ne/
ſcire arbitrari:uelut ipſe in re trepida loci p̄ſidio ſe ſuoſq; ſit tutatus:ſic conſulẽ ſeruãdi exercitus cauſa
loca tutiora caſtris cepiſſe:Nec uolſcoꝝ meliores res eſſe credere quam Po.Ro.fortunam:noctẽq; oĩa
terroris mutui impleſſe:ꝑcantẽq; demum ne ſe feſſum labore ac uulneribus tenerẽt:cum ingẽti lau/
de nõ uirtutis magis:quam moderatiõis dimiſſum accipio.Cum agerẽtur hæc iam cõſul uia lauicana
ad fanum quietis erat:eo miſſa paluſtra iumẽtaq; alia ab urbe:exercitũ affectum plælio ac uia noctur/
na excepere.Paulopoſt in urbem ẽ ĩgreſſus cõſul nõ ab ſe magis enixe amouẽs culpam:quam Tempa
uictoriā nouerit nec īpetu potius bella:quam pſeuerātia gerat:quæ ī omni quidē genere militiæ maxi
me tamē ī obſidendis urbibus neceſſaria eſt:quaꝝ plæraſq̀ munitionibus ac naturali ſitu fame ſitique
tempus ipm uicit atq̀ expugnat:ſicut Veios expugnabit:niſi auxilio hoſtibus tribuni plebis fuerit: &
Romæ iuenerit præſidia Veiētes:quæ neqcquā ī Ethruria quærūt. An ē quicquā:qď ueiētibus optatū
æque cōtingere poſſit:q̃ ut ſeditiōibus primū urbs romana:deīde uelut ex cōtagiōe caſtra īpleanẽ? At

Hercule apud hoſtes tāta modeſtia ē:ut nō obſidionis tedio:nō deniq̗ regni quicquā apud eos nouatū
ſit:nō negata auxilia ab Ethruſcis irritauerit.aīos:morietur.n.extēplo:qcunq̗ erit ſeditiōis auctor:nec
cui quā dicere ea licebit:quæ apud uos impune dicunť:fuſtuariū mereť: q ſigna relinqt: aut ꝑſidio de/ Fuſtua/
cedit:auctores ſigna relinqndi & deſerendi caſtra nō uni aut alteri militi:ſed uniuerſis exercitibus palā riū
in concione audiunť:adeo qcquid tribunus plebis loqtur:& ſi prodendæ patriæ diſſoluēdæq̗ reip.eſt
aſſueſcitis audire:& dulcedine poteſtatis eius capti q̄libet ſub ea ſcelera latere ſinitis.Reliquū ē:ut quæ
hic uociferanť:eadē ī caſtra & apud milites agāt:& exercitus corrūpāt:ducibuſq̗ parere non patiātur:
quoniā ea demū Romæ libertas ē:nō ſenatū:nō mg̃ratus:nō leges:nō mores maioꝝ:non inſtituta pa
trum:nō diſciplinā uereri militiæ.Par iam etiā ī concionibus erat Appius tribunis plebis:cum ſubito:
unde minime quis crederet:accepta calamitas apud Veios & ſuperiorem Appium in cauſa:& concor/
diam ordinum maiorē:ardoremq̗ ad obſidendos pertinacius Veios.fecit:Nā cum ager promotus ad
urbem: uineæq̗ tātum non iā iniunctæ mœnibus eſſent:dū opera interdiu fiunt intentius:quā nocte
cuſtodiunť:patefacta repēte porta:īgens multitudo facibus maxime armata ignes cōiecit:horæq̗ mo
mento aggerem ac uineas tā longi tēporis opus īcendium hauſit:multiq̗ ibi mortales neqcquam opē
ferentes ferro igniq̗ aſſumpti ſunt.Quod ubi Romæ eſt nunciatū:mœſticiam oībus.ſenatui curā me Ro.cla/
tumq̗ iniecit:ne tū uero ſuſtineri:nec in urbe ſeditio nec ī caſtris poſſet:& tribuni plebis uelut ab ſe ui des ad
ctæ reip.inſultarent:cū repente qbus cenſus equeſter erat:equi publice nō erant aſſignati : cōſilio prius ueios ac
inter ſeſe habito ſenatū adeunt:factaq̗ dicendi poteſtate equis ſe ſuis ſtipēdia facturos ꝓmittunt. Qui cepta
bus cū ampliſſimis uerbis gratiæ ab ſenatu actæ eēnt:famaq̗ ea foꝝ atq̗ urbē perſuaſiſſet:ſubito ad cu
riā cōcurſus fit plebis:pedeſtris ordinis ſe aiunt nūc eē:operamq̗ reipublicæ extra ordinē polliceri: ſeu
Veios:ſeu quo alio ducere uelint:ſi Veios ducti ſint:negant ſe inde prius quā capta urbe hoſtiū reditu/
ros.Tū uero iā ſuperfundenti ſe læticiæ uix temperatū ē:nō.n.ſicut equites:dato magiſtratibus nego/ Atť eq/
tio laudari iuſſi:neq̗ aut ī curiam uocati:qbus reſponſum dareť:aut limine curiæ continebať ſenatus: tū & pe
ſed pro ſe quiſq̗ ex ſuperiore loco ad multitudinē in comitio ſtantem:uoce manibuſq̗ ſignificare pu/ ditū ī rē
blicam læticiā:beatā urbē Romanā:& inuictā:& æternā illa concordia dicere:laudare equites : laudare pri. ſtu/
plebē:diem ipſum laudibus ferre:uictā eſſe fateri comitatē:benignitatēq̗ ſenatus. Certatim patribus: dium
plebiq̗ manare gaudio lachrymæ donec reuocatis ī curiā patribus ſenatuſconſultū factum eſt:ut tri/
buni militares:cōcione aduocata:peditibus eqtibuſq̗ g̃ras agerēt:memorē pietatis eoꝝ ergaⁱ patriam
dicerēt ſenatum fore:placere autem omnibus his uolūtariam extra ordinē profeſſis militiā æra proce
dere:& equiti certus numerus æris eſt aſſignatus:tum primū equis merere equites cœperunt.Volun- Quādo
tarius ductus exercitus Veios nō amiſſa modo reſtituit opera:ſed noua etiam īſtituit:ab urbe cōmea/ eqtes ꝑ/
tus ītētiore:quam antea ſubuehi cura:nequid tam benemerito exercitui ad uſum deeſſet.Inſequēs an/ mum
nus tribūos militum cōſulari poteſtate habuit Claudium Seruilium Halam tert.Q.Seruilium.P.Vir equo
ginium.Q.Sulpicium.A.Manilium iterum.M.Sergium iterum.His tribunis dum cura omnium ī merere
ueiēs bellum ītēta eſt:neglectum Anxuri præſidium uacatiōibus militū & uolſcos mercatores uulgo cœpint
receptādo proditis repēte portarum cuſtodibus oppreſſum eſt:mīus militum periit qa præter ægros Lixæ
lixarum ī modum per agros uicinaſq̗ urbes negociabātur.Nec Veiis melius geſta res:qď tum caput
oīum curarum publicarum erat:nam & duces Romāi plus īter ſe irarum :quam aduerſus hoſtes ani/
mi habuerūt:& auctum eſt bellum aduētu repētino capenatiū & faliſcoꝝ. Hi Duo Ethruriæ populi
quia proximi regiōe erāt:deuictis Veiis:bello quoq̗ Romano ſe proximos fore credētes faliſci propria
etiam cauſa īfeſti:quod fidenati bello ſe iam antea īmiſcuerāt:per legatos ultro citroq̗ miſſos iureiurā
do īter ſe obligati cū exercitibus nec opinato ad Veios acceſſere:forte ea regione:qua Sergius tribunus
militū præerat caſtra adorti ſunt:īgētemq̗ terrorem ītulere:quia Ethruriam oēm excitā ſedibus ma/
gna mole adeſſe romāi crediderāt:eadem opinio ueiētes ī urbe cōcitauit.Ita ancipiti prælio caſtra Ro/
mana oppugnabātur:cōcurſantes cum huc atq̗ illuc ſigna trāſferrēt:nec ueiētē ſatis cohibere ītramūi/
tiōes:nec ſuis munimētis arcere iam uim:ac tueri ſe ab exteriore poterāt hoſte:una ſpes erat:ſi ex maio
ribus caſtris ſubueniretur:ut diuerſæ legiōes aliæ aduerſus capenatem ac faliſcū:aliæ cōtra eruptiōem
oppidanorum pugnarēt.Sed caſtris præerat Virginius priuatim Sergio īuiſus īfeſtuſq̗:is cū plæraque
caſtella oppugnata ſupatas munitiōes utriq̗ īuehi hoſtē nūciaretur:ī armis milites tenuit:ſi opus fo/
ret auxilio collegam dictitās ad ſe miſſuꝝ:huius arrogātiā pertinacia alterius æquabat: q neq̄quā opē
ab inimico uideretur petiſſe:uīci ab hoſte:quā uīcere per ciuem maluit.Diu ī medio cæſi milites: po/
ſtremo deſertis munitiōibus ꝑ pauci ī maiora caſtra:pars maxima atq̗ ipſe Sergius Romam pertēde Ro.cla/
rūt:ubi cum oēm culpam ī collegam īclinaret:acciri Virginiū ex caſtris:iterea præeſſe legatos placuit. des ad
Acta deīde ī ſenatu res eſt:certatūq̗ īter collegas maledictis:pauci reip.huic atq̗ illi:ut quoſq̗ ſtudium ueios
priuatim aut gratia occupauerūt:adſunt.Primores patrum ſiue culpa:ſiue infelicitate tam ignominio
ſa clades accepta eſſet:cenſuere nō expectādum iuſtum tempus comitiorum:ſed extemplo nouos tri/
bunos militū creādos eſſe:qui a Kalēdis Octobribus magiſtratum occiperēt.In quam ſnīam cum pe/
dibus iretur:cæteri tribuni militum nihil cōtradicere:at enīuero Sergius Virginiuſq̗ pp:quos pœnite
re magiſtratuum eius anni ſenatum apparebat:prīo deprecari ignominiam:deīde ītercedere ſenatuſ/
cōſulto:negare ſe ante idus Decembres ſolemnē ineūdis magiſtratibus diem honore habituros eſſe.In
ter hæc tribuni plebis cum in concordia hominum ſecundiſq̗ rebus ciuitatis inuiti ſilentium tenuiſ/
ſent : feroces repente minari tribunis militū:niſi in auctoritate ſenatus eſſent:ſe ī uincula eos duci iuſ/

ſuros eſſe. Tũ Claudius Seruilius Hala tribunus militũ: qđ ad uos attinet: tribuni plebis minaſq; ueſtras
næ ego libenter expirer: ꝗdo non plus in his iuris: quã in uobis animi eſſet: ſed nefas eſt tẽdere aduerſus
auctoritatẽ ſenatus: ꝓinde & uos deſinite inter nr̃a certamina locũ iniuriæ quærere: & collegæ aut faci
ent: qđ cenſet ſenatus: aut ſi ꝑtinacius tendẽt: dictatorẽ extẽplo dicã: qui eos abire mḡratu cogat. Cum
Occipe oĩum aſſenſu cõprobata oratio eſſet: gauderentq; patres ſine tribuniciæ poteſtatis terriculis: inuẽtã eẽ
rẽt Tri. aliam uim maiorẽ ad coercẽdos mḡratus: uicti cõſenſu oĩum comitia tribunoꝝ militũ habuere: q Ka
mili. lẽdis Octobribus mḡratũ occiperẽt: ſeq; eã ante diẽ mḡratu abdicauere. L. Valerio Potito quart. M. Fu
rio Camillo iterũ. M. Aemylio Mamerco tert. M. Cornelio Coſſo iteꝝ. Claudio Fabio Ambuſto. L.
Iulio Tullotribunis militũ cõſulari ptãte multa domi militiæq; geſta. Nã & bellũ multiplex fuit eodẽ
tpe ad Veios: & ad Capenã: & ad Falerios: & ĩ Volſcis: ut Anxur ab hoſtibus recuparet̃: & romæ ſimul
de delectu: ſimul de tributo cõferendo laboratũ ẽ: & de tribunis plebis cooptandis cõtẽtio fuit: & haud
paruũ motũ duo iudicia eoꝝ: qui paulo ante cõſulari poteſtate fuerãt: exciuere. Omniũ primũ tribũis
militũ fuit delectũ haberi: nec iuniores modo cõſcripti: ſed ſeniores ẽt coacti nomina dare: ut urbis cu
ſtodiam agerẽt. Quanto aũt augebatur militũ numerus: tãto maiore pecũia ĩ ſtipendiũ opus erat: eaq;
tributo cõferebat̃: inuitis cõferentibus: q domi remanebãt: qa tuẽtibus urbẽ opera quoq; militari labo
randũ ſeruiẽdũq; reipu. erat. Hæc ꝑ ſe grauia: ĩdigrioraq; ut uiderent̃: tribuni plebis ſeditioſis cõcioni
bus faciebãt: ideo æra militibus cõſtituta eẽ arguẽdo: ut plebis partem militia: partẽ tributo cõficerẽt.
Vnũ bellũ annũ iã tertiũ trahi: & cõſulto male geri ut diutius gerãt: ĩ quattuor deĩde bella uno delectu
exercitus ſcriptos: & pueros quoq; ac ſenes extractos. Iã nõ æſtatis: nec hyemis diſcrimen eẽ: ne ulla ꝗes
unquã miſeræ plebi ſit: quæ ẽt uectigalis ad unum facta ſit: ut cũ cõfecta labore: uulneribus: poſtremo
ætate corpora rettulerĩt: incultaq; oĩa diutino dominoꝝ deſyderio domi inuenerĩt: tributũ affecta re
familiari pẽdant: æraq; militaria uelut fœnore accepta multiplicia reipublicæ reddãt. Inter delectũ tri
butũq;: & occupatos aĩos maioꝝ rerum curis: comitiis tribunoꝝ plebis numerus expleri neq̃t. Pugna
tũ inde ĩ loca uacua: ut patricii cooptarent̃: poſteaq̃ obtineri nõ poterat: tamẽ labefactandæ legis tribu
niciæ cauſa effectũ ẽ: ut cooptarent̃ tribuni plebis Claudius Lacerius: &. M. Acutius haud dubie patri
cioꝝ opibus: ſors ita tulit: ut eo anno tribunus plebis. C. Trebonius eſſet: q nomini ac familiæ debitũ ꝓ
ſtare uideretur treboniæ legis patrociniũ: is qđ petiſſent patres: qdã primo incœpto repulſi: cũ tribũos
militũ expugnaſſent: uociferãs legẽ treboniã ſublatã: & cooptatos tribunos plebis nõ ſuffragiis populi:
ſed imperio patricioꝝ: & eo deuolui rẽ: ut aut patricii: aut patricioꝝ aſſeclæ habẽdi tribuni plebis ſint:
eripi ſacratas leges: extorqueri tribuniciã poteſtatẽ: id fraude patricioꝝ: ſcelere ac ꝓditione collegaꝝ fa
ctũ arguere. Cũ arderẽt inuidia nõ p̃res modo: ſed ẽt tri. ple. cooptati pariter & q cooptauerãt: tũ ex col
legio tres. P. Curatius. M. Metilius &. M. Minutius trepidi reꝝ ſuaꝝ in Sergiũ Virginiumq; prioris an
ni tribunos militares incurrũt. In eos ab ſe irã plebis inuidiãq; die dicta auertũt: qbus delectus: qbus tri
butũ: qbus diuturna militia lõginqtaſq; belli ſit grauis: q clade accepta ad Veios doleãt: q amiſſis liberis
fratribus: ꝓpiquis: affinibus lugubres domos habeãt: iis publici priuatiq; doloris exequẽdi ius poteſta
temq; ex duobus noxiis capitibus datã ab ſe memorant: oĩum nãq; maloꝝ ĩ Sergio Virginioq; cauſas
eſſe: nec id accuſatorẽ magis arguere: quã fateri reos: qui noxii ambo alter ĩ alteꝝ cãm cõferãt: fugã Ser
Attur. gii Virginius: Sergius ꝓditionẽ ĩcrepans Virginii: quoꝝ adeo ĩcredibilem amentiã fuiſſe: ut multo ue
atrocẽ riſimilius ſit cõpacto eã rem: & cõmuni fraude patricioꝝ actam. Ab his & prius datũ locũ ueiẽtibus ad
accuſa incẽda opera belli trahẽdi cã & nũc ꝓditum exercitũ: tradita faliſcis romana caſtra: oĩa fieri ut cõſene
tionem ſcat ad Veios iuuentus nec de agris: nec de aliis cõmodis plebis ferre ad populũ tribuni: frequẽtiaq; ur
bana celebrare actiones: & reſiſtere cõſpirationi patricioꝝ poſſint. Præiudiciũ iã de reis & ab ſenatu: &
a Po. Ro. & ab ipſoꝝ collegis factũ eẽ: nã & ſenatuſcõſulto eos ab republica remotos eſſe: & recuſantes
abdicare ſe mḡratũ dictatoris metu ab collegis coercitos eẽ: & Po. Ro. tribunos creaſſe: q nõ idibus de
cẽbribus die ſolẽni: ſed extẽplo Kalẽ. Octobribus mḡratũ occiperẽt: qa ſtare diutius reſpublica his ma
nẽtibus in magiſtratu nõ poſſet. Et tamẽ eos tot iudiciis confoſſos: prædamnatoſq; uenire ad populi
iudicium & extimare defunctos eſſe ſe ſatiſq; pœnarum dediſſe: quod duobus menſibus citius priuati
facti ſunt: neque intelligere nocendi ſibi diutius tum poteſtatem ereptam eſſe non pœnam irrogatam
quippe & collegis abrogatum imperium: qui certe nihil deliquiſſent: illos repeterent animos quiri
tes: quos recenti accepta clade habuiſſent: cum fuga trepidum: plenum uulnerum ac pauore inciden
tem portis exercitum uiderunt: non fortunam aut quemquam deorum: ſed hos duces accuſantem.
Pro certo habere neminem in concione ſtare: qui illo die non caput domum fortunaſq;. L. Virginii ac
Marci Sergii ſit execratus deteſtatuſq;: minime conuenire quibus iratos quiſq; deos precatus ſit: in iis
ſua poteſtate cum liceat: & oporteat non uti: nũquam deos ipſos admouere nocentibus manus: ſatis eſ
ſe ſi occaſione ulciſcendi læſos arment: His orationibus incitata plebs denis millibus æris grauis reos
condẽnat: nequicquam Sergio martem communem belli fortunamq; accuſante: Virginio deprecan
duo tri. te ne infelicior domi: quam militiæ eſſet. In hos uerſa ira populi: cooptationis tribunorum fraudiſque
Mili. dã contra legem treboniam factæ memoriam obſcuram fecit. Victores tribuni utpræſentem mercedem
natur iudicii plebes haberet: legem agrariam promulgant: tributum cõferre prohibent: cum tot exercitibus
ſtipendio opus eſſet: reſq; militia ita proſpere gererentur: ut nullo bello ueniretur ad exitum ſpei nãq;
Veiis caſtra: quæ amiſſa erant: recuperata: caſtellis præſidiiſque firmantur. Præerant tribuni militũ.
M. Aemylius. Qu. Fabius. M. Furio ĩ Faliſcis &. C. Cornelio ĩ capenate agro: hoſtes nulli extra mœnia

inuenti:prædæ actæ:ĩcendiis uillarum ac frugum uaſtati:fines:oppida oppugnata nec obſeſſa ſunt. At
in Volſcis depopulato agro Anxur oppugnatum nequicquam loco alto ſitũ & poſteaquam uis irrita
erat uallo foſſaq; obſideri cœptum. Valerio Potito Volſci prouincia euenerat. Hoc ſtatu militarium re
rum ſeditio inteſtina maiore mole coorta:quam bella tractabantur:& cũ tributũ conferri ꝑ tribũos
non poſſet nec ſtipendiũ ĩperatoribus mitteret̃:æraq; militaria flagitaret miles:haud ꝓcul erat:qn ca/
ſtra quoq; urbanæ ſeditiõis cõtagiõe turbarent̃. Inter has iras plebis in pr̃es cũ:tribuni plebis nũc illd̃
tp̃s eſſe dicerẽt ſtabiliẽdæ libertatis:& ab Sergiis Vuirginiiſq; ad plebeios uiros fortes ac ſtrenuos trãſ/
ferẽdi ſummi honoris non tamẽ ultra ꝓceſſum ẽ:q̃ unus ex plebe uſurpãdi iuris cã. P. Licinius Caluus
tribunus militũ cõſulari ꝑtãte crearet̃:cræteri patritii creati. P. Mãlius &. P. Ticinius. P. Melius. L. Furi/
us Medulinus. L. Popilius Volſco ipſa plebes mirabat̃ ſe tãtã rẽ obtinuiſſe:nõ is mõ q creatus erat uir
nullis ante honoribus uſus:uetus tantũ ſenator & ætate iam grauis:nec ſatis cõſtat cur primus ac potiſ/
ſimus ad nouũ delibandũ honorẽ ſit habitus: Alii. Gn. Cornelii fratris q tribũus militum priore anno
fuerat:triplexq; ſtipendiũ eqtibus dederat:gr̃a extractũ ad tantũ honorẽ credũt:alii orationem ipſum
tẽpeſtiuã de cõcordia ordinum p̃ribus plebiq; gratã habuiſſe. Hac uictoria comitioꝝ exultãtes tribuni
plebis:qđ maxĩe rẽp. ĩpediebat:de tributo remiſerũt:collatũ obediẽter miſſũq; ad exercitũ eſt: Anxur ĩ
Volſcis breui receptũ ẽ. Inſignis ãnus hyeme gelida ac niuoſa fuit:adeo ut uiæ clauſe tyberis innauiga/
bilis fuerit. Annona ex ante cõuecta copia nihil mutauit. Et qa. P. Licinius:ut cœpat:haud tumuluoſe
ingratũ maiore gaudio plebis:q̃ ĩdignaiõe patꝝ ita ẽt geſſit:dulcedo ĩuaſit ꝓximis comitiis tribunoꝝ
militũ blebeios creãdi:unus. M. Veturius ex p̃ritiis cãdidatis locũ tenuit:plebeios alios tribũos militũ
cõſulari ꝑtãte oẽs fere cẽturiæ dixere. L. Tici. P. Meneniũ. Gn. Genu. L. Raciliũ. Hyemẽ triſtẽ ſeu ex ĩtẽ
perie cæli rapti mutatiõe ĩ cõtrariũ facta ſiue alia q̃cũq; de cauſa grauis:peſtileſq; oĩbus aĩalibus æſtas
excepit:cuius ĩſanabili ꝑnicie q̃do nec cã:nec finis ĩueniebat̃:libri ſibyllini ex ſenatuſcõſulto aditi ſunt:
duũuiri ſacris faciũdis:lectiſternia tũc primũ in urbe romana facta:ꝑ dies octo. Apollinẽ: Latonãq;:&
Dianã:Herculẽ Mercuriũ atq; Neptũnũ tribus:qum ampliſſime tũ apparari poterat:ſtratis lectis pla
cauere. Priuatim quoq; id ſacrum clebratũ eſt tota urbe patẽtibus ianuis:ꝓmiſcuoq; uſu reꝝ oĩum in
ꝓpatulo poſito:notos ignotoſq; paſſim aduenas in hoſpiciũ ductos ferũt:& cum inimicis quoq; beni
gne ac comiter ſermões habitos:iurgiis ac litibus tẽperatum:uinctis quoq; dẽpta ĩ eos dies uincula:re/
ligioni deĩde fuiſſe:qbus eã opem detuliſſent uinciri. Interim ad Veios terror multiplex fuit tribus in
unum bellis collatis: nãq; eodem:quo ãtea mõ circa munimẽta cũ repẽte capenates faliſciq; ſubſidio
ueniſſent:aduerſus tres exercitus ãcipiti ꝑlio pugnatũ ẽ:ante oĩa adiuuit memoria:dãnatiõis Sergii ac
Virginii. Itaq; maioribus caſtris:unde antea ceſſatũ fuerat breui ſpatio circũductæ copiæ capenates in
uallũ romanũ uerſos ab tergo aggrediunt̃. Inde pugna cœpta faliſcis ĩtulit terrorem:trepidãteſq; eru/
ptio ex caſtris opportune facta auertit:repulſos deĩde inſecuti uictores ingentem ediderunt cædẽ. Nec
ita multo poſt iam palãtes ueluti forte oblati populatores capenatis agri reliquias pugnæ abſumpſere
& ueientium refugiẽtes ĩ urbẽ multi ante portas cæſi dũ præ metu ne ſimul romanus irrũperet: obie
ctis foribus extremos ſuoꝝ excluſere. Hæc eo ãno acta. Et iam comitia tribunoꝝ militũ aderãt:quoꝝ
ꝓpe maior patribus:quã belli cura erat:qppe nõ cõmunicatũ mõ cum plebe:ſed ꝓpe amiſſum cernẽ/
tibus ſummũ imperiũ. Itaq; clariſſimis uiri ex cõpoſito ꝑparatis ad petẽdum:quos ꝑtereundi uerecũ/
diam crederẽt fore nihilominus ipſi perinde ac ſi oẽs cãdidati eẽnt cũcta experientes:nõ hoĩes modo:
ſed deos ẽt excipiebãt:in religionem uertẽtes comitia biẽnio habita:priore ãno ĩtollerãdam hyemem
ꝓdigiiſq; diuinis ſimilem coortam:ꝓximo nõ ꝓdigia:ſed iam euẽtus peſtilẽtiam agris urbiq; illatã:
haud dubia ira deũ:quos peſtis eius arcẽdæ cã placãdos eſſe ĩ libris fatalibus ĩuentũ ſit comitiis:q̃ auſpi
cato fierẽt:ĩdignum diis uiſum honores uulgari diſcriminaq; gentiũ cõfundi. Præterq̃ maieſtate petẽ
tiũ religione ẽt attoniti hoĩes patricios oẽs partẽ magnã honoratiſſimũ quẽq; tribũos militũ cõſulari
ꝑtãte creauere. L. Valeriũ Potitũ. Q. Valeriũ maximũ. M. Furiũ Camillũ iteꝝ. L. Furiũ Medulinũ tert.
Q. Seruiliũ Fidenatẽ iteꝝ. Q. Sulpiciũ Camerinũ iteꝝ. His tribunis ad Veios nihil admodũ memora
bile actum eſt:tota uis in populationibus fuit:duo ſummi ĩperatores Potitus a Faleriis:Camillus a Ca
pena ꝑdas ĩgentes egere:nulla ĩcolumi relicta re:cui ferro aut igni noceri poſſet. Prodigia ĩterim mul/
ta nũciari:quoꝝ plæraq; & qa ſinguli auctores erãt:paꝝ credita ſpretaq;:& qa hoſtibus Ethruſcis: per
quos ea ꝓcurarẽt:aruſpices non erãt. In unum oĩum curæ uerſæ ſunt:qđ lacus in albano nemore ſine
ullis cæleſtibus aqs:cauſaue q̃ alia:q̃ rem miraculo eximeret ĩ altitudinẽ ĩſolitam creuit:qd nam eo dii
portenderent ꝓdigio miſſi ſciſcitatũ oratores ad delphicum oraculũ:ſed ꝓpior ĩterpres oblatus fatis.
Senior qdam ueiẽs:q ĩter cauillãtes in ſtatiõibus ac cuſtodiis milites romanos Ethruſcoſq; uaticinãtis
in modũ cecinit:priuſq ex lacu albano aqua emiſſa foret nunq̃ potituꝝ Veiis romanũ:qđ primo uelut
temere iactũ ſperni:agitari deĩde ſermonibus cœptũ eſt:donec unus ex ſtatione romana ꝑcũctatus ꝓ/
ximũ oppidanoꝝ:iam ꝑ longĩquitatẽ belli cõmertio ſermonũ facto qſnam is eẽt:q ꝑ ambages de lacu
albano iaceret:poſteaq audiuit aruſpicẽ eſſe:uir haud ĩtacti religiõe animi cauſatus de priuati portenti
ꝓcuratione:ſi ope illi eẽt:cõſulere uelle:ad colloquiũ uatẽ elicuit:cũq; ꝓgreſſi ambo a ſuis lõgius eẽnt
inermes ſine ullo metu:ꝑualẽs iuuenis romanus ſenem ĩfirmũ in cõſpectu oĩum raptũ:neqcq̃ tumul
tuãtibus Ethruſcis ad ſuos trãſtulit:q cũ ꝓductus ad ĩperatorẽ:inde Romã ad ſenatũ miſſus eẽt: ſciſci
tãtibus:qd nã id eẽt:qđ de lacu albano docuiſſet:reſpõdit ꝓfecto iratos deos ueienti populo illo fuiſſe
die quo ſibi eam mẽtem obieciſſent:ut excidiũ p̃riæ fatale ꝓderet. Itaq; q̃ tum cecinerit diuino ſpiritu

P. Licinius primus ex plæbe tri. mi. factus

Art̃ ãni ĩtẽperiẽ

Quãdo primũ lectiſternia i urbe facta

Ro. ꝓſper̃ pugnãt circa ueios

Prodigioſum albãi lacus ĩcrementũ

Atť oraculū ueientani aruſpi/cis

inſtīctus:ea ſe nec ut īdicta ſint reuocare poſſe:& tacēdo forſan quod dii īmortales uulgari uelīt:haud minus quā celāda effando nefas contrahi.His igiť libris fatalibus ſic diſciplina ethruſca traditum eſſe: ut quādo aqua albana abūdaſſet:tum ſi eam romanus rite emiſiſſet:uictoriā de ueientibus dari anteq̄ id fiat deos mœnia Veiētiū deſerturos nō eē.Exequebať īde q̄ ſolemnis deriuatio eēt:ſed auctorem leuem nec ſatis fidum ſuper tāta re eſſe patres rati:decreuere legatos ſorteſq; oraculi Pythici expectādas.

Priuſquā a Delphis oratores redirēt:albaniue ꝓdigii piacula īuenirenť:noui tribuni militum cōſulari ptāte.L.Iulius Tullus.P.Furius Medulinus quart.L.Sergius Fidenas.Aurelius Poſthumius Regilenſis.P.Cornelius Malugineſis.A.Manlius magiſtratum inierūt.Eo āno Tarquinienſes noui hoſtes exorti:qa multis ſimul bellis:Volſcoꝝ ad Anxur ubi p̄ſidiū obſidebať: Equoꝝ ad Lauicos q romanā ibi coloniam oppugnabāt:ad hoc ueienti quoq; & faliſco & capenati bello occupatos uidebant romanos:nec ītra muros qetiora negocia eſſe certaminibus patrum ac plebis:Inter hæc locum iniuriæ rati eſſe prædatum in agrum romanum cohortes expeditas mittunt:aut enim paſſuros inultam eam iniuriam romanos ne nouo bello ſe onerarēt:aut exiguo eoq; parum ualido exercitu perſecuturos.Romanis īdignitas maior:quam cura populationis tarquinienſium fuit:eo nec magno conatu ſuſcepta: nec ī longum dilata res eſt.Aurelius Poſthūmius &.L.Iulius nō iuſto delectu:&.n.a tribūis plebis īpediebanť:ſed prope uoluntariorum quos adhortando īcitauerant coacta manu per agrum cærete obliquis tramitibus egreſſi:redeūtes a populationibus graueſq; præda tarqnīeſes oppreſſere:multos mortales obtruncant:omnes exuunt īpedimentis:& receptis agrorum ſuorum ſpoliis Romam reuertuntur.Biduū ad recognoſendas res datū dominis:tertioq; incognita(erant āt pleraq; hoſtium ipſorum) ſub haſta uenierunt:quodq; inde redactū militibus eſt diuiſum.Cætera bella maxīeq; ueiēs incerti exitus erant.

Delphici oraculi ſortes

Iāq; romani:deſperata ope humana:fata & deos expectant:cū legati ab Delphis uenerūt ſortem oraculi afferentes congruentē reſponſo captiui uatis:Romane aquam albanā caue lacu contineri caue in mare manare ſuo flumine ſinas:emiſſam ꝑ agros rigabis:diſſipatāq; riuis extingues:tum tu inſiſte audax hoſtiū muris:memor quam per tot annos obſides urbē ex ea tibi his:q̄ nūc panduť: fatis uictoriā datam:bello ꝑfecto donū amplū uictor ad mea tēpla portato:ſacraq; p̄ria quoꝝ omiſſa cura ē inſtaurata:ut aſſolet:facito.Ingens inde haberi captiuus uates cœptus:eūq; adhibere tribuni militum Cornelius Poſthumiuſq; ad prodigii albani ꝓcurationē ac deos rite placandos cœpere:Inuentūq; tādem eſt:ubi neglectas cerimonias intermiſſumue ſolēne dii arguerunt:nihil profecto aliud eſſe:q̄ magiſtratus uitio creatos:latinas ſacrūq; in albano monte non rite cōcepiſſe:unam expiationē eoꝝ eſſe:ut tribuni militū abdicarent ſe magiſtratu:auſpitia deintegro repeterenť & interregnū inīretur.Ea ita facta ſunt ex ſenatuſconſulto.Interreges tres deinde fuere.L.Valerius.Qu.Seruilius Fidenas.M.Furius Camillus:nūquam deſitū interim turbari comitia interpellantibus tribunis plebis:donec conueniſſet prius:ut maior ꝑs tribunoꝝ militū ex plebe crearet:Quæ dū aguť:concilia Ethruriæ ad fanū Vulturnæ habita:poſtulantibuſq; capenatibus ac faliſcis:ut Veios cōi aīo cōſilioq; oēs Ethuriæ populi ex obſidione eriperent:reſponſum eſt ante ſe ueientibus negaſſe:quia unde cōſiliū non petiſſent ſuper tanta re:auxilium petere nō deberēt:nūc iam pro ſe fortunā ſuam illis negare:maxime:ī ea ꝑte Ethruriæ gētem īuſitatam:nouos accolas gallos eſſe cum quibus nec pax ſatis fida:nec bellum pro certo ſit:ſanguini tamē noīq; & præſentibus ꝑiculis cōſanguineoꝝ id dari:ut:ſiqui iuuentutis ſuæ uolūtarii ad id bellum eāt:nō impediāt.Eum magnum aduenīſſe hoſtiū numeꝝ fama Romæ erat:eoq; miteſcere diſcordiæ inteſtinæ metu cōi:ut fit cœptæ:haud inuitis patribus.P.Licinium Caluum prærogatiua tribunū militum non petentem creant:moderatiōis expertæ in priore magiſtratu uiꝝ:ceteꝝ iam tum exactæ ætatis:oēſq; deinceps ex collegio eiuſdem anni refici apparebat.L.Titinium.P.Menenium.Gn.Genutium.L.Racilium:qui priuſq̄ renūciareť:iure uocatis tribubus:permiſſu īterregis.P.Licinius Caluus ita uerba fecit.Omen concordiæ quirites:rei maxime in hoc tꝑs utillime memoria noſtri mgr̄atus uos his comitiis petere in ſequentem annum uideo:ſi & collegas eoſdē reficitis ēt uſū meliores factos:me iam non eundem:ſed umbrā nomenq;.P.Licinii reliſtū uidetis:uires corporis affectæ:ſenſus oculorū atq; aurium hebetes:memoria labat:uigor animi obtuſus:en uobis:inquit(iuuenem filium tenens) effigiem atq; imaginē eius:quē uos antea tribunum militū ex plebe feciſtis: hunc ego inſtitutm diſciplina mea uicariū pro me reip.do dicoq;:uoſq; quæſo quirites:delatū mihi ultro honorē huic petenti meiſq; pro eo adiectis ꝑcibus mādetis.

Vicarius

Datū id petenti patri:filiuſq; eius.P.Licinius tribunus militum conſulari poteſtate cū iis:quos ſupra ſcripſimus:declaratus.Ticinius Genutiuſq; tribūi militū profecti aduerſus faliſcos capenateſq;:dū bellum maiore aīo gerunt:q̄ conſilio:præcipitauere ſe in inſidias.Genutius morte honeſta temeritatē luens ante ſigna inter primores cecidit.Ticinius in editū tumulum

Romana clades ī faliſcis

ex multa trepidatiōe militibus collectis aciem reſtituit:nec ſe tamē æquo loco hoſti cōmiſit.Plus ignominiæ erat quā cladis acceptū:quæ prope in cladem uertit ingentē:tantum inde tertoris non Romæ modo:quo multiplex fama peruenerat:ſed in caſtris quoq; fuit ad Veios:ægre ibi miles retentus a fuga eſt:cum peruaſiſſet caſtra rumor:ducibus exercituq; cæſo:uictorē capenatē ac faliſcum.Ethruriæq; oēm iuuentutem haud procul inde abeſſe.His tumultuoſiora Romæ:iam caſtra ad Veios oppugnari:iam partem hoſtium tendere ad urbem agmine infeſto crediderant:concurſumq; in muros eſt:& matronarum:quas ex domo cociuerat Publicus pauor:obſecrationes in templis factæ:præcibuſq; a diis petitum:ut exitium ab urbis tectis templiſq; ac mœnibus romanis arcerent.Veioſq; eum auerterent terrorem:ſi ſacra renouata rite:ſi procurata prodigia eſſent:Iam ludi latinæque inſtaurata erant.

Iam ex lacu albano aqua emiſſa in agros. Veioſq; fata appetebant. Igitur fatalis dux ad excidium illius
urbis ſeruandæq; patriæ. M. Furius Camillius dictitor dictus magiſtrum equitum. P. Cornelium Sci
pionem dixit. Omnia repente mutauerat ĩperator mutatus: alia ſpes: alius aĩus hoĩum: fortuna quoq;
alia urbis uideri. Omnium primum in eos. q a Veiis in illo pauore fugerant: more militari aĩaduertit
efficitq;: ne hoſtis maxime timendus militi eſſet: deinde ĩdicto delectu in diem certam ipſe ĩterim Ve/
ios ad confirmãdos militum aĩos ĩtercurrit: inde Romã ad ſcribendum nouum exercitum redit nul/
lo detrectante militiam: peregrina ẽt iuuentus latini hernicíq; operam ſuam pollicẽtes ad id bellũ ue/
nere: qbus cum gratias in ſenatu egiſſet: ludos magnos ex ſenatuſcõſulto uouit Veiis captis ſe facturũ:
ædẽq; Matutæ matris refectã delicatuꝝ: iam ante ab rege Seruio Tullio dedicatã. Profectus cũ exerci/
tu ab urbe expectatione maiore hoĩum: quã ſpe ĩ agro primũ nepeſino cũ faliſcis & capenatibus ſigna
confert: oĩa ibi ſumma ratione cõſilioq; acta: fortuna ẽt: ut fit: ſecuta eſt: nõ p̃lio tãtum fudit hoſtes: ſed
caſtris quoq; exuit: ĩgentiq; p̃da eſt potitus: cuius pars maxima ad quæſtorẽ redacta eſt: haud ita mul/
tum militi datum. Inde ad Veios exercitus ductus: denſioraq; caſtella facta: & a ꝓcurſationibus: quæ
multæ temere ĩter murum: atq; uallum fiebant: edicto nequis iniuſſu pugnaret: ad opus milites tradu
cti: operum fuit oĩum longe maximum ac laborioſiſſimũ cuniculus ĩ arcem hoſtium agi cœptus: qđ
ne ĩtermitteret opus: neu ſub terra cõtinuus labor eoſdem cõficeret: ĩ partes ſex munimẽtoꝝ numeꝝ
diuiſit: ſenæ horæ in orbẽ operi attributæ ſunt: noctæ ac die nunq̃ ante omiſſum: quã in arcem uiã fa
cerent. Dictator cum iam ĩ manibus uideret uictoriã eẽ: urbem opulẽtiſſimã capi: tantũq; prædæ fore
q̃tum nõ oĩbus in unum collatis ante bellis fuiſſet: ne ĩde aut militũ iram ex malignitate p̃dæ partitæ:
aut ĩuidiam apud patres ex prodiga largitione caperet: litteras ad ſenatum miſit: deum ĩmortaliũ be/
nignitate: ſuis cõſiliis: patiẽtia militum Veios iam fore in ptãte Po. Ro. qd de p̃da faciendum cenſerẽt.
Duæ ſenatum diſtinebãt ſñiæ: ſenis. P. Licinii: quẽ primũ dixiſſe a filio ĩterrogatum ferũt: edici palam
placere populo: ut q particeps eẽ prædæ uellet: in caſtra Veios iret. Altera. Ap. Claudii: q largitionẽ no
uam ꝓdigam inæqualẽ in cõſultam arguẽs: ſi ſemel nefas ducerẽt captam ex hoſtibus ĩ ærario exhau
ſto bellis pecuniã eẽ: auctor erat ſtipẽdii ex ea pecuniã militi numerãdi: quo minus tributi plebes con/
ferret: eius enim doni ſocietatẽ ſenſuras æqualiter oĩum domos: nõ auidas in direptiones manus ocio
ſorum urbanoꝝ p̃repturas fortium bellatoꝝ p̃mia eẽ: cum ita ferme eueniat: ut ſegnior ſit p̃dator: ut
quiſq; laboris ꝑiculiq; p̃cipuam: petere partẽ ſoleat. Licinius cõtra ſuſpectam & ĩuiſam ſemꝑ eam pe/
cuniã fore aiebat: cauſaſq; criminũ ad plebẽ: ſeditionũ ĩde ac legum nouaꝝ p̃biturã: ſatius igiť eẽ recõ/
ciliari eo dono plebis aĩos exhauſtis atq; exinanitis tributo tot annoꝝ ſuccurri: & ſentire p̃dæ fructũ ĩ
eo bello: ĩ quo ꝓpe cõſenuerũt: gratius id fore lætiuſq;: qđ qſq; ſua manu ex hoſte captũ domũ rettule
rit: quã ſi multiplex alterius arbitrio accipiat: ipm dictatorẽ fugere ĩuidiam ex eo: criminaq; eo delegaſ
ſe ad ſenatum: ſenatum quoq; debere reiectã rem ad ſe ꝑmittere plebi: ac pati habere. qđ cuiq; ſors bel
li dederit. Hæc tutior uiſa ſñia eſt: quæ popularẽ ſenatum faceret: edictum itaq; eſt ad p̃dam ueientem
qbus uidereť: in caſtra ad dictatorem ꝓficiſcerenť ĩgens ꝓfecta multitudo repleuit caſtra. Tum dicta/
tor auſpicato egreſſus cum edixiſſet: ut arma milites caperẽt: tuo ductu: inqt pythice Apollo: tuoq; nu
mine inſtictus pergo ad delendam urbem Veios: tibiq; hinc decimam partem prædæ uoueo: te ſimul
Iuno regina: quæ Veios colis: præcor: ut nos uictores in noſtram tuamq; mox futuram urbẽ ſequare:
ubi te dignũ amplitudine tua templũ accipiat. Hæc p̃catus ſuperante multitudine ab oĩbus locis urbẽ
aggreditur: quo minor ab cuniculo ingruentis periculi ſenſus eſſet. Veientes ignari ſe iam ab ſuis: ua/
tibus iam ab externis oraculis proditos: iam in partem p̃dæ ſuæ uocatos deos: alios uotis ex urbe ſua
euocatos: hoſtiũ templa nouaſq; ſedes ſpectare: ſeq; ultimũ illum diem agere: nihil minus timentes: q̃
ſubrutis cuniculo mœnibus arcẽ iam plenã hoſtium eẽ: in muros pro ſe quiſq; armati diſcurrũt mira
tes quidnã id eſſet: quod cũ tot ꝑ dies nemo ſe ab ſtationibus romanis mouiſſet: tũ uelut repẽtino icti
furore improuidi currerent ad muros. Inſeritur huic loco fabula. Immolãte rege ueientiũ: uocẽ aruſpi
cis dicentis: qui eius hoſtiæ exta præſecuiſſet: ei uictoriã dari: exauditam in cuniculo mouiſſe roma/
nos milites: ut adaperto cuniculo exta raperent: & ac dictatorem ferrent: ſed in rebus tam antiquis: ſi
quæ ſimilia ueri ſint: pro ueris accipiantur ſatis habeam: hæc ad oſtentationẽ ſcænæ gaudentis mira/
culis aptiora: q̃ ad fidem: neq; affirmare: neq; refellere ẽ operæpretiũ. Cuniculus delectis militibus eo
tpe plenus in æde Iunonis: quæ in ueientana arce erat: armatos repente edidit: & pars auerſos ĩ muris
inuadunt hoſtes: pars clauſtra portaꝝ reuellunt: pars cũ ex tectis ſaxa tegulæq; a mulieribus ac ſerui/
tiis iacerentur. inferunt ignes. Clamor oĩa uariis terrentium ac pauentium uocibus: mixto mulierum
ac puerorum ploratu: complet. Momento tpis deiectis ex muro undiq; armatis: patefactiſq; portis: cũ
alii agmine irruerent: alii deſertos ſcãderent muros urbs hoſtibus impletur: omnibus locis pugnatur.
Deinde multa iam edita cæde ſeneſcit' pugna: & Dictator præcones edicere iubet: ut ab inermi abſti/
neatur. Is finis ſanguinis fuit: deinde inermes capti: & ad prædam miles permiſſu dictatoris diſcurrit.
Quæ cũ ãte oculos eius aliquãtũ ſpe atq; opiniõe maior maioriſq; pretii rerũ ferretur: dicitur manus
ad cælum tollens precatus eſſe dictator: ut ſicui hominum deorumq; nimia ſua fortuna populiq; ro/
mãi uideretur: ut eam ĩuidiam lenire ſuo priuato ĩcõmodo: q̃ minimo publico romani populi liceret.
Conuertẽtẽ ſe ĩter hãc uenerationem traditur memoriæ prolapſum cecidiſſe: idq; omen pertimuiſſe.
Poſtea euentu rem coniectãtibus uiſum ad dãnationem ipſius Camilli: captæ deĩde urbis Romæ: qđ
poſt paucos accidit ãnos: cladẽq;. Atq; ille dies cæde hoſtiũ ac direptiõe urbis opulẽtiſſimæ ẽ cõſũptus.

Camil/ lus di/ ctator

Atť ue/ ios ca/ ptos de p̃da cõ/ ſultatũ

Atť Ca milli p̃/ cationẽ

Quum ſit alicũ de euo/ care de/ os

Capiũť ueii cu/ niculo

Poſtero die libera corpora dictator ſub corona uændidit: ea ſola pecunia in publicum redigit̃ haud ſine ira plebis:& qđ rettulere ſecum ꝑde nec duci:q ad ſenatũ malignitatis auctores q̃rendo rẽ arbitrii ſui reieciſſet:nec ſenatui:ſed liciniæ familiæ ex qua filius ad ſenatũ retuliſſet:pater tam popularis ſñiæ auctor fuiſſet:acceptum referebãt. Cũ iam humanæ opes egeſtæ a Veiis eſſent:amoliri tum deũ dona ipſoſq; deos:ſed colẽtium magis:quã rapientiũ mõ cœpere:nãq; delecti ex omni exercitu iuuenes pu/re lautis corpibus cãdida ueſte:q̃bus deportãda Romã regina Iuno aſſignata erat:uenerabũdi templũ iniere:prio religioſe admouẽtes manus:qđ id ſignũ more uetuſto niſi certæ gẽtis ſacerdos attrectare non eẽt ſolitus:deĩde cum q̃dam ſeu ſpiritu diuino tactus:ſeu iuuenili ioco uis ne Romam ire Iuno di xiſſet:ãnuiſſe cæteri Romã cõclamauerũt. Inde fabulæ adiectum eſt uocẽ quoq; dicẽtis uelle auditam motã certe ſede ſua parui molimẽti adminiculis ſequẽtis modo accipimus:leuem ac facilẽ trãſlatu fu/iſſe:integrãq; in auẽtinum æternam ſedẽ ſuam:quo uota romani dictatoris uocauerant perlatam:ubi templum ei poſtea idẽ q uouerat Camillus dedicauit. Hic Veiorum occaſus fuit urbis opulentiſſimæ Ethruſci nominis:magnitudinem ſuam uel ultima clade ĩdicantis:quod decem æſtates hyemeſq; cõ tinuas circũſeſſa:cum plus aliquanto cladium ĩtuliſſet quam accepiſſet:poſtremo iam fato quoq; ur/gente:opibus tamẽ non ui expugnata ẽ. Romam:ut nũciatum eſt:Veios captos: quãq̃ & prodigia ꝓ/curata fuerant:& uatum reſponſa:& phythicæ ſortes notæ:& quãtum humanis adiuuari conſiliis po tuerat res:ducem. M. Furium maximum imperatoꝝ oĩum legerant:tamẽ quia tot annis uarie ibi bel latum erat:multæq; clades acceptæ:uelut exinſperato ĩmenſum gaudium fuit:& priuſquã ſenatus de cerneret:plena oĩa tẽpla romanaꝝ matrũ gratias diis agentiũ erant:ſenatus quatriduũ quot dieꝝ nul lo ante bello ſupplicationes decernit. Aduentus quoq; dictatoris oĩbus ordinibus obuiam effuſis cele/bratior:quam ullius unq̃ antea fuit triumphuſq; omnem cõſuetũ honorãdi illius diei modũ aliquan/tum exceſſit:maxime cõſpectus ipſe eſt:curru eq̃s albis iuncto urbẽ ĩuectus:parũq; id nõ ciuile modo ſed humanum ẽt uiſum:Iouis ſoliſq; eq̃s æquiperatum dictatorẽ in religionẽ ẽt trahebant:triũphuſq; ob eam unã maxĩe rem clarior:q̃ gratior fuit. Tum Iunoni reginæ tẽplum in auẽtino locauit: dedica/uitq; Matutæ matris:atq; his diuinis hũaniſq; rebus geſtis dictatura ſe abdicauit. Agi deinde de Apol/linis dono cœptũ cui ſe decimã uouiſſe prædæ partem cũ diceret Camillus:pontifices ſoluendum reli gione populũ cenſerent:haud facile inibatur ratio iubendi referre prædam populũ:ut ex ea pars debi/ta in ſacrũ ſecerneretur:tandẽ eo quod leuiſſimũ uidebatur decurſum eſt:ut qui ſe domumq; religiõe exoluere uellet:cum ſibimetipſi prædam æſtimaſſet ſuã decimæ ꝑtium partis in publicum deferret:ut ex eo donũ aureum dignũ amplitudine templi ac numĩe dei ex dignitate populi romani fieret:ea quo/q; collatio plebis aĩos a Camillo alienauit. Inter hæc pacificatum legati a uolſcis & equis uenerunt:ĩpe/trataq; pax magis ut feſſa tam diutino bello acquieſceret ciuitas:q̃ quod digni peterẽt. Veiis captis ſex tribunos militum conſulari poteſtate inſequens annus habuit:duos. P. Cornelios:Coſſum:& Scipio nem. M. Valeriũ Maximum iteꝝ. Ceſonẽ Fabium Ambuſtũ iteꝝ. L. Furium Medullinum quin. Qu. Seruilliũ tertium. Corneliis faliſcũ bellum·Valerio ac Seruilio capenas ſorte euenit:ab his nõ urbes ui: aut operibus tentatæ:ſed ager eſt depopulatus ꝑdæq; reꝝ agreſtium actæ:nulla felix arbor:nihil frugi ferum in agro relictum. Ea clades capenatem populũ ſubegit:pax petentibus data:ĩ faliſcis bellum re/ſtabat. Romæ interim multiplex ſeditio:cuius leniendæ cã coloniam in Vulſcos:quo triamillia ciuiũ romanorum ſcriberentur:deducendã cenſuerant:triũuiriq; ad id creati terna iugera & ſeptunces uiri/tim diuiſerant. Ea largitio ſpni cœpta:quia ſpei maioris auertendæ ſolatium obiectũ cenſebãt. Cur. n. relegari plebẽ in uolſcos: cum pulcherrima urbs Veii agerq; ueientanus in cõſpectu ſit uberior ampli/orq; romano agro?urbem quoq; urbi Romæ uel ſitu:uel magnificẽtia publicoꝝ priuatorumq; tecto rum ac locoꝝ ꝑponebant:quin illa quoq; actio mouebatur:quæ poſt captam utiq; Romã a gallis cele bratior fuit:tranſmigrandi Veios. Cæterum partem plebis:partem ſenatus deſtinabant habitandos ueios:duaſq; urbes cõmunes reip. incoli a romano po. poſſe. Aduerſus quæ cum optimates ita tẽderẽt ut morituros ſe citius dicerent in conſpectu romani populi:q̃ quicquam earum rerum rogaretur: qp/pe nunc in una urbe tantum diſſenſionum eſſe:quid in duabus urbibus fore?uictam ne ut quiſquam uictrici patriæ præferret?ſineretq; maiorem fortunam captis eſſe Veiis quam incoluminibus fuerat? poſtremo ſe relinqui a ciuibus in patria poſſe:ut reliquant patriam atque ciues nullam uim unquam ſubacturam:& Titum Sicinium (is enim ex tribunis plebis rogationis eius lator erat) conductorem Veios ſequantur:relicto deo Romulo dei filio parente & auctore urbis Romæ:Hæc cum fœdis cer/taminibus agerentur (nam partem tribunorum plebis patres in ſuam ſententiam traxerant) nulla res alia manibus temperare plebem cogebat:quã qđ ubi rixæ cõmittẽdæ cauſa clamor ortus eẽt: prĩcipes ſenatus primi turbæ offerẽtes ſe peti feriri atq; occidi iubebant:ab eoꝝ ætatibus dignitatibuſq; & ho/noribus uiolãdis dũ abſtinebat̃:& ad reliquos ſimiles conatus uerecũdia iræ obſtabat. Camillus iden/tidem oĩbus locis cõcionabat̃:haud mirum id q̃dem eẽ furere ciuitatem:quæ dãnata uoti oĩum rerũ potiorem curam:quã religiõe ſe exoluẽdi habeat. Nihil de collatione dicere ſtipis uerius:quã decimæ: quãdo ea ſe quiſq; priuatim obligauerit:liberatus ſit populus. Enĩuero illud ſe tacere ſuã conſciẽtiam nõ pati:quod ex ea tãtum præda:q̃ reꝝ mouẽtium ſit:decima deſignetur:urbis atq; agri capti: quæ & ipſa uoto contineat̃ mẽtionem nullam fieri. Cum ea diſceptatio anceps ſenatui uiſa:delegata ad põti/fices eẽt adhibito Camillo:uiſum collegio quod eius ante cõceptum uotũ Veiẽtium fuiſſet:& poſt uo tum ĩ ꝑtãtem Po. Ro. ueniſſet:eius partẽ decimã Apollini ſacratã eẽ:Ita in æſtimationẽ urbs agerq; ue/

Atĩ demonũ ꝑſtigias

Decem annos ueii obſeſſi

Albis eq̃s Camillus triũphauit Eq̃s albi iouis ſoliſq; currũ trahunt

Pacificatum

De migratiõe ex urbe ueios cœptũ agi

nit:pecunia ex ærario prompta:& tribunis militū conſularibus:ut auꝝ ex ea coemerent:negotiū datū cuius cum copia non eſſet:matronæ:cœtibus ad eam rem conſultandā habitis:& cōi decreto pollicitæ tribunis militū:auꝝ & oīa ornamēta ſua in ærariū detulerūt.Grata ea res:ut quæ maxime ſenatui unquam fuit:honoremq; ob eā munificentiā ferunt matronis habitum:ut plauſtro ad ſacra:ludoſq; carpentis feſto profeſtoq; uterentur.Pondere ab ſingulis auro accepto æſtimatoq;:ut pecuniæ ſoluerent̃ crateram auream fieri placuit:quæ donū Apollini Delphos Portaretur.Simul ab religione aīos remiſerunt:integrant ſeditionē tribuni plebis:īcitat̃ multitudo in oēs principes:ante alios ī Camillū.Eum prædā ueientanam publicando ſacrandoq; ad nihilū redegiſſe:abſentes ferociter increpant:præſentiū cum ſe ultro iratis offerent:uerecundiā habent.Simul extrahi rem ex eo āno uiderūt:tribunos plebis latores legis in annū eoſdem reficiunt:& patres hoc idē de interceſſoribus legis anniſſi:ita tribuni plebis magna ex parte iidē refecti.Comitiis tribunoꝝ militū patres ſumma ope euicerūt:ut Marcus Furius Camillus crearetur.Propter bella ſimulabant parari ducē:ſed rogationi tribunitiæ aduerſarius q̄rebatur.Cū camillo creati tribuni militum conſulari poteſtate.L.Furius Medulinus ſex. Claudius Aemylius Valerius Publicola.Sp.Poſthumius.P.Cornelius iteꝝ principio anni tribuni plebis nihil mouerunt:donec Marcus Furius Camillus in Faliſcos:cui id bellū mandatū erat:ꝓficiſceretur:differendo deinde elanguit res:& Camillo:quē aduerſariū maxime metu erant:gloria in Faliſcis creuit:nā cū primo mœnibus ſe hoſtes tenerent:tutiſſimū id rati:populatione agroꝝ atq; incendiis uillaꝝ coegit eos egredi urbe:ſed timor longius progredi ꝓhibuit.Mille fere paſſuū ab oppido caſtra locāt:nulla re alia fidentes ea ſatis tuta eſſe:q̄ difficultate aditus aſpis cōfragoſiſq; circa:& partim arctis:partim arduis uiis.Cæteꝝ Camillus captiuū indicē ex agris ſecutus ducē caſtris multa noctæ motis prima luce aliquanto ſupioribus locis ſe oſtendit.Trifariā romani muniebant:alius exercitus p̄lio intētus inſtabat:ibi impedire opus conantes hoſtes fundit fugatq; tantūq; inde pauori faliſcis iniectum eſt:ut effuſa fuga caſtra ſua:quæ propiora erant:p̄lati urbē peterent:multi cæſi uulneratiq;: priuſq̄ pauentes portis inciderent:caſtra capta:p̄da ad quæſtores redacta cū magna militū ira:ſed ſeueritate īperii uicti eandē uirtutē & oderant:& mirabantur.Obſidio īde urbis:& munitiones:& interdū ꝑ occaſionem impetus oppidanoꝝ in romanas ſtationes:p̄liaq; parua fieri:& teri tp̄s neutro īclinata ſpe:cū frumentū copiæ q̄ aliæ ex ante conuecto largius obſeſſis:quā obſidentibus ſuppeterēt:uidebaturq;:æque diuturnus futurus labor ac Veiis fuiſſet:ni fortūa impatori romano:ſimul ac cognitæ rebus bellicis uirtutis ſpecimē maturā uiſtoriā dediſſet.Mos erat faliſcis eodē megiſtro liberoꝝ & comite uti:ſimulq; plures pueri:quod hoſtie quoq; in Græcia manet:unius curæ demādabant̃:principū liberos:ſicut fere fit:q ſcientia uidebat̃ ꝑcellere:erudiabat.Is cū in pace inſtituiſſet pueros ante urbē luſus exercendiq; cā ꝓducere nihil eo more ꝑ belli tp̄s intermiſſo:dūmodo breuioribus:mō longioribus ſpatiis trahēdo eos a porta luſu ſermonibuſq; uariatis longius ſolito ubi res dedit progreſſus:inter ſtationes eos hoſtium caſtraq; īde romana in prætorium ad Camillum perduxit.Ibi ſceleſto facinori ſceleſtiorem ſermonem addidit. Faliſcos ſe in manus tradidiſſe romanis:quod eos pueros:quorum parentes capita ibi rerum ſint: in poteſtate:dediderit.Quæ ubi Camillus audiuit:non ad ſimilem:īquit:tui nec populum:nec īperatorem ſceleſtus ipſe cū ſceleſto munere ueniſti:nobis cum faliſcis:quæ pacto fit humano ſocietas nō ē. Quā ingenerauit natura:utriſq; eſt:eritq;.Sunt & belli:ſicut pacis iura:iuſteq; ea nō minus:q̄ fortiter didicimus gerere.Arma habemus non aduerſus eam ætatem:cui ēt captis urbibus parcitur:ſed aduerſus armatos & ipſos:q nec læſi:nec laceſſiti a nobis caſtra romana ad Veios oppugnauerunt:eos tu: quātum in te fuit:nouo ſcelere uiciſti:ego romanis artibus:uirtute:opere:armis:ſicut Veios:uincam. Denudatum deīde eum manibus poſt tergum illigatis reducēdum Faliſcos pueris tradidit: uirgaſq; eis: q̄bus proditorem agerent in urbem:uerberantes dedit.Ad quod ſpectaculum cōcurſu populi primo facto: deinde a magiſtratu de re noua uocato ſenatu:tanta mutatio animis eſt iniecta: ut qui modo efferati odio:iraq; ueietium exitum pene:quam copenatium pacem mallent:apud eos pacem uniuerſa poſceret ciuitas:fides:romana:iuſticia īperatoris in foro:& curia celebrantur conſenſuq;:oīum legati ad Camillum in caſtra:atq; inde permiſſu Camilli Romam ad ſenatum:qui dederent Faliſcos:proficiſcunt̃ introducti ad ſenatum ita locuti traduntur.Patres conſcripti uictoria:cui nec deus:nec homo quiſquā inuideat uicti a uobis & imperatore ueſtro dedimus nos uobis:rati:quo nihil uictori pulchrius ē:melius nos ſub imperio ueſtro:quam legibus noſtris uicturos.Euētu huius belli duo ſalutaria exempla prodita humano generi ſunt.Vos fidem in bello:quam præſentem uictoriam maluiſtis:nos fide prouocati uictoriam ultro detulimus:ſub dicione ueſtra ſumus:mittite:q arma:q obſides:q urbem patētibus portis accipiāt:nec uos fidei noſtræ:nec nos imperii ueſtri pœnitebit.Camillo & ab hoſtibus: & a ciuibus gratiæ actæ:faliſcis ī ſtipendium militum eius anni:ut Po.Ro.tributo uacaret:pecunia imperata.Pace data exercitus Romam reductus.Camillus meliore multo laude:quam cum triūphantem albi per urbem uexerant equi:inſignis iuſticia fideq; hoſtibus uictis cum in urbem rediſſet:tacite eius uerecundiam non tulit ſenatus:qn ſine mora uoti liberaretur:crateramq; auream donum Apollini legati:q ferrent Lucius Valerius:Lucius Sergius:Aulus Manlius miſſi longa una naue haud procul freto ſiculo a piratis liparentium excepti deuehuntur Liparas:mos erat ciuitatis uelut publico latrocinio partam prædam diuidere.Forte eo anno in ſummo magiſtratu erat Timaſitheus q̄dam romanis uir ſimilior quā ſuis:q legatoꝝ nomē donūq; & deū:cui mitteret̃: & doni cām ueritus:ipſe multitudinē quoq;:q̄ ſemꝑ ferme regēti ē ſimilis:religiōis iuſtæ īpleuit:adductoſq; ī publicū hoſpiciū legatos:cum

cur matronis datū ut carpēto ueherētur

Camilli ſtratagema

Atrꝭ pedagogi facinus

Sunt & belli ſicut & pacis iura

Phaliſcoꝝ deditio

Aureū craterē legati deſerūt apollini

Timaſitheus

p̄ſidio ēt nauiū Delphos ꝓſecutus:Romā īde ſoſpites reſtituit:hoſpitium cum eo ſenatuſconſulto eſt factū:donaq; publice data:Eodē anno in Eqs uarie bellatū:adeo ut in incerto fuerit & apud ipſos exercitus:& Romæ uiciſſent:uicti ne eſſent. Imperatores romani fuere ex tribunis militum Aemylius. Sp. Poſthumius primo rem cōiter geſſerunt fuſis inde acie hoſtibus Aemyliū p̄ſidio Verruginē obtinere placuit. Poſthumiū fines uaſtare:ibi eū in cōpoſito agmine negligentius ab re bene geſta eūtē adorti eq. terrore iniecto:in ꝓximos cōpulere tumulos: pauorq; inde uerruginem ēt ad p̄ſidiū alteꝝ eſt platus. Poſthumius ſuis in tutū receptis cū concione aduocata terrorē increparet ac fugā:fuſos eē ab ignauiſſimo & fugaciſſimo:hoſte:cōclamat uniuerſus exercitus merito ſe ea audire:& fateri admiſſū flagitium:ſed eoſdē correcturos eē:neq; diuturnū id gaudiū hoſtibus fore:poſcentes ut cōfeſtim īde ad caſtra hoſtiū duceret:& ea in cōſpectu erāt poſita ī plano:nihil pœnæ recuſabāt:ni ea āte noctē expugnaſſent:Collaudatos corpora curare paratoſq; eē quarta uigilia iubet:& hoſtes nocturnā fugā ex tumulo

Litteræ laureatæ

romanoꝝ:ut ab eo uia:qua ferebat Verruginē excluderent:fuere obuii:p̄liūq; ante lucē:ſed luna ꝑnox: erat:cōmiſſum ē:& haud īcertius diurno p̄lium fuit. Sed Clamor Verruginē ꝑlatus:cū caſtra romana crederēt oppugnari tātū iniecit pauoris:ut neqcquā retinente atq; obſecrāte Aemylio:Tuſculū palātes fugerent:inde fama Romā ꝑlata eſt Poſthumiū exercitūq; occiſū. Qui ubi prīa lux metū inſidiaꝝ effuſe ſeq̄ntibus ſuſtulit:cū ꝑequitaſſet aciē ꝓmiſſa repetēs:tātū īiecit ardoris:ut nō ultra ſuſtinuerīt īpetū eq:cædes inde fugientiū:qualis ubi ira magis:q̄ uirtute res gerit̄:ad ꝑniciem hoſtiū facta eſt:Triſtemq; ab Tuſculo nunciū: nequicquam exterrita ciuitate:literræ a Poſthumio laureatæ ſequūtur:uictoriam populi romani eē:equoꝝ exercitū deletū Tribunoꝝ plebis actiōes:qa nondū īuenarāt finē: & plebs cōtinuare latoribus legis tribunatū:& p̄res reficere interceſſores legis anniſſi ſunt:ſed plus ſuis comitiis plebs ualuit:quē dolorē ulti p̄res ſunt:ſenatuſconſulto facto:ut cōſules inuiſus plebi magiſtratus crearentur:annū poſt quintum decimū creati cōſules. L. Lucretius Flauius. Sergius Sulpitius. Camerinus.

L. Lucretius Sergiuſ Sulpicius cōſ.

Prīcipio huius anni ferociter:qa nemo ex collegio interceſſurus erat:coortis ad ꝑferendā legē tribunis plebis:nec ſegnius ob idipſum cōſulibus reſiſtentibus:oīq; ciuitate in unā eā curā conuerſa. Vitelliā coloniā romanā in ſuo agro eq expugnant:colonoꝝ pars maxima īcolumis:qa nocte ꝓditione oppidū captū liberā ꝑ auerſa urbis fugam dederat. Romā perfugere. L. Lucretio cōſuli ea ꝓuincia euenit:is cū exercitu ꝓfectus acie hoſtes uicit:uictorq; Romā ad maius aliq̄to certamen rediit:dies dicta erat tribu

Tribūitiis duobus plebeiis dies dicta

nis plebis biennii ſuꝑioris a uirginio &. Qu. Pomponio:quos defendi patrū cōſenſu ad fidē ſenatus ꝑtinebat neq;.n. eos aut uitæ ullo crimine alio:aut geſti magiſtratus q̄ſquā arguebat:p̄terquā quod gratificātes p̄rībus rogationi tribunitiæ interceſſiſſent:uicit tamē gratiā ſenatus plebis ira:& peſſimo exēplo innoxii denis milibus grauis æris cōdemnati ſunt:id ægre paſſi patres. Camillus palā ſceleris plebem arguere:q̄ iam in ſuos uerſa nō intelligeret ſe prauo iuditio de tribunis interceſſionem ſuſtuliſſe: qd̄ īterceſſione ſublata tribunitiā p̄tātem euertiſſent. Nam qd̄ illi ſperarent effrenatā lnīam eius magiſtratus p̄res laturos:falli eos:ſi tribunitia uis tribunitio auxilio repelli nequeat:aliud tælū p̄res īuenturos eē:cōſuleſq; īcrepabat. qd̄ fide publica decipi tribūos eos taciti tuliſſent:q̄ ſenatus auctoritatē ſecuti eſſent. Hæc palā cōcionabūdus in dies magis augebat iras hoīum:ſenatū uero īcitare aduerſus legē haud deſiſtebat:ne aliter deſcēderent ī foꝝ:cū dies ferendæ legis ueniſſet:q̄ ut q̄ meminiſſent: ſibi pro aris fociſq; & deum tēplis ac ſolo:in quo nati eēnt:dimicādum fore:nam qd̄ ad ſe priuatim attineat:ſi ſuæ gloriæ ſibi īter dimicationē p̄riæ meminiſſe ſit fas:ſibi amplā quoq; eē urbē ad ſe captam:freq̄ntari quottidie ſe frui monimento ſuæ gloriæ:& ante oculos urbem habere latam in triūpho ſuo:īſiſtere oēs ueſtigiis laudum ſuaꝝ:ſed nefas ducere deſertā ac relictā a diis īmortalibus īcoli urbē:& ī captiuo ſolo hoſpitari Po. Ro. & uictricē patriam uicta mutari. His adhortationibus prīcipes concitati p̄res ſenes iuueneſq;:cum ferret̄ lex:agmine facto:ī forū uenerūt:diſſipatiq; ꝑ tribus:ſuos q̄ſq; tribules præhenſantes orare cum lachrymis cœpere:ne eam p̄riam:ꝓ qua fortiſſime feliciſſimeq; ipſi ac p̄res eorū dimicaſſent:deſererēt:capitolium:ædem Veſtæ:cætera circa tēpla deoꝝ oſtētantes:ne exulem:extorrē

Ager ueiētanus plebi diuiditur

Po. Ro. a ſolo patrio ac diis penatibus in hoſtium urbem agerēt:eoq; rem adducerēt: ut melius fuerit nō capi Veios:ne Roma deſereret̄:Quia nō ui agebāt:ſed p̄cibus:& īter p̄ces multa deoꝝ mētio erat: religioſum parti maxime fuit:& legem unam plures tribus antiquarūt:quā iuſſerūt: adeoq; ea uictoria læta patribus fuit:ut poſtero die referētibus cōſulibus ſenatuſcōſultū fieret:ut agri ueientani ſeptena iugera plebi diuiderent̄:nec patribus familiæ tantum:ſed ut oīum in domo liberoꝝ capitum ratio

L. Valerius potitus M. Mālius cōſ.

haberet̄:uellētq; in eam ſpem liberos tollere. Eo munere delinita plebe nihil certatum eſt:quo minus cōſularia comitia haberent̄:creati conſules. L. Valerius Potitus. M. Manlius:cui capitolino poſtea fuit cognomē. Hi cōſules magnos ludos fecere:quos. M. Furius dictator uouerat ueienti bello:eodem āno ædes Iunonis reginæ ab eodem dictatore:eodēq; bello uota dedicatur:celebratamq; dedicationē īgenti matronaꝝ ſtudio tradūt. Bellum haud memorabile in Algido cū eqs geſtū eſt:fuſis hoſtibus prius pene quā manus cōſererent. Valerio qd̄ ꝑſeuerantior cædēdis in fuga fuit:triūphus:Manlio: ut ouans ingrederet̄ urbem:decretum eſt. Eodem anno nouū bellum cum uolſiniēſibus exortū:quo ꝑꝑ famē

Cēſor īde mortui locū nō ſufficitur

peſtilētiāq; in agro romano ex ſiccitate caloribuſq; nimiis ortam exercitus duci nequit:ob q̄ uolſiniēſes ſalpinatibus adiunctis ſuꝑbia elati ultro agros romanos incurſauere. Bellum inde duobus populis īdictum. Caius Iulius cenſor deceſſit:in eius locum. M. Cornelius ſuffectus:q̄ res poſtea religiōi fuit qa eo luſtro Roma capta eſt:nec deinde unq̄ in demortui locū cenſor ſufficit̄:cōſulibuſq; morbo īplicitis placuit ꝑ īterregnum renouari auſpicia. Itaq; cum ex ſenatuſcōſulto conſules ſe magiſtratu abdi-

caſſent:iterrex creať.M.Furius Camillus qui Publiũ Cornelium Scipionẽ:is deĩde Luciũ Valeriũ Po/
titum iterregem ꝓdidit.Ab eo creati ſex tribuni militum conſulari poteſtate:ut ẽt:ſi cui eoꝝ incõmo
da ualitudo fuiſſet:copia magiſtratuũ reipublicæ eẽt:calẽdis qntilibus magiſtratum occepeř.L.Lucre
tius.Ser. Sulpitius.M.Aemylius.L.Furius Medullinus ſept.Agrippa Furius.Claudius Aemylius ite/
rum.Ex his Lucio Lucretio:Aemylio uolſinienſis ꝓuincia euenit:ſalpinates Agrippæ furio & Seruio
Sulpicio.Prius cũ uolſciniẽſibus pugnatũ ẽ:bellũ numero hoſtiũ ĩgens:certamẽ haud ſane aſpeꝝ fuit:
fuſa cõcurſu prĩo acies ĩ fugã:millia octo armatoꝝ ab eqtibus ĩterclusa poſitis armis ĩ deditionẽ uene/
rũt.Eius belli fama effecit:ne ſe pugnæ cõmitterẽt ſalpĩates:mœnibus armati ſe tutabanť:romãi ꝑdas
paſſim & ex ſalpinati agro:& ex uolſiniẽſi nullo eã uĩ arcẽte egerũt:dõec uolſiniẽſibus feſſis bello ea cõ
dicione:ut res Po.Ro.redderẽt:ſtipẽdĩumqꝫ illius anni exercitui ꝑſtarent:in uigĩti ãnos ĩduciæ datæ.

Eodem anno Marcus Ceditius de plebe nunciauit tribunis ſe in noua uia:ubi nunc ſacellum eſt ſu/ M.Ce/
pra ædem Veſtæ:noctis ſilẽtio audiſſe uocem clariorem humana quæ magiſtratibus dici iuberet gal ditius
los aduẽtare.Id ut fit propter auctoris humilitatem ſpretum:& qđ longinqua eoqꝫ ignotior gens erat:
Neqꝫ deorum modo monita ingruente fato ſpreta:ſed humanam quoqꝫ opem:quæ una erat.M. Fu/
rium ab urbe amouere:qui die dicta ab Lucio Apuleio tribuno plebis propter prædam ueientanã: fi/ Dies ca
lio quoqꝫ adoleſcente per idem tempus orbatus:cum accitis domum tribulibus cliẽtibuſqꝫ magna ꝑs millo
plebis erat:ꝑcunctatus aĩos eoꝝ reſponſum tuliſſet:ſe collaturos q̃ti damnatus eſſet abſoluere eũ non dicitur
poſſe:in exilium abiit ꝑcatus ab diis ĩmortalibus:ſi ĩnoxio ſibi ea iniuria fieret:primo quoqꝫ tpe deſy/
derium ſui ciuitati ingratæ facerent.Abſens qndecim milibus grauis æris damnať.Expulſo ciue: quo
manente:ſi quicq̃ humanoꝝ eſt certi:capi Roma non potuerit:aduentãti fatali urbi clade legati a clu/
ſinis ueniunt auxilium aduerſus gallos petentes.Eam gentem tradiť fama dulcedĩe frugum:maxĩeqꝫ
uini noua tum uoluptate captam alpes tranſiſſe:agroſqꝫ ab Ethruſcis ante cultos poſſediſſe:& ĩuexiſ/
ſe in Galliam uinum illiciẽdæ gentis cauſa Arũtem cluſinum ira corruptæ uxoris ab Lucumone: cui Galloꝝ
tutor is fuerat:ipo ꝑpotente iuuene:& a quo expeti pœnæ:niſi externa uis quæſita eſſet:neqrent:hunc trãſitus
tranſeuntibus alpes ducem auctoremqꝫ Cluſium oppugnandi fuiſſe.Eqdẽ haud abnuerim Cluſium in Italiã
gallos ab Arunte:ſeu quo alio cluſino adductos:ſed eos:q expugnauerũt Cluſium non fuiſſe q primi
alpes tranſierint.ſatis conſtat:ducentis qppe annis:anteq̃ Cluſium oppugnarẽt:urbemqꝫ Romã cape/
rent:in Italiam galli tranſcenderunt:nec cum his primum Ethruſcoꝝ:ſed multo ante cũ iis:q ĩter ap/
penninum alpeſqꝫ ĩcolebãt:ſæpe exercitus gallici pugnauere.Tuſcoꝝ ante romanoꝝ ĩperium late ter
ra mariqꝫ opes patuere:mari ſupero ĩferoqꝫ:qbus Italia:ĩſulæ modo cĩgitur:quãtum potuerĩt: nomĩa
ſunt argumẽto:quod alterum tuſcum communi uocabulo gentis:alterum adriacum mare ab Adria Adria/
tuſcorum colonia uocauere italicæ gentes:græci eadem tyrrhenum atqꝫ adriaticum uocant.In utrũqꝫ cũ mař
mare uergentes ĩcoluere urbibus duodenis terras prius cis appẽninum ad inferum mare poſtea trans adria
appenninum totidem:quod capita originis erant:coloniis miſſis:quæ tranſpadũ omnia loca:excepto
uenetorum angulo:qui ſinum circũcolunt maris:uſqꝫ ad alpes tenuere.Alpinis quoqꝫ ea tangentibus
haud dubie origo eſt:maxime rhetiis:quos loca ipſa efferarunt:nequid ex antiquo præter ſonũ lĩguæ
nec eũ ĩcorruptum retinerent.De tranſitu in Italiam gallorum hæc accepimus.Priſco Tarquinio Ro
mæ regnante:celtarum:quæ parš Galliæ tertia eſt:penes bituriges ſumma imperii fuit:Ii regem Celti
co dabant.Ambigatus is fuit uirtute fortunaqꝫ tum:ſua tum publica præpollens:quod imperio eius Ambi/
Gallia adeo frugum hoĩumqꝫ fertilis fuit:ut abũdans multitudo uix regi uideretur poſſe.Hic magno gatus
natu ipſe iam exonerare ꝑgrauante turba regnũ cupiens.Belloueſum & Sigoueſum ſororis filios im/ Tuſco/
pigros iuuenes miſſurum ſe eſſe:in quas dii dediſſent auguriis ſedes oſtendit:quantum ipſi uellẽt nu/ rũ opes
merum hominum excirent:nequa gens arcere aduenientes poſſet.Tum ſigoueſo ſortibus dati her/
cynei ſaltus.Belloueſo haud paulo lætiorem in Italiam uiam dii dabant.Is quod eis ex populis abun/
dabat bituriges:aruernos:ſenones:heduos:ambarros carnutes:aulercos:exciuit:profectus ingentibus
peditum equitumqꝫ copiis in tricaſtinos uenit:alpes inde oppoſitæ erant:quas inexpugnabiles uiſas
aut equidem miror: nulla dum ui; quod quidem continens memoria ſit niſi de Hercule fabulis cre/
dere libet ſuperatas.Ibi cum/uelut ſeptos montium altitudo teneret gallos circũſpectarentqꝫ qua nam
per iuncta cælo iuga in alium orbem terraꝝ tranſirent:religio ẽt tenuit:quod allatum eſt aduenas q̃rẽ
tes agrum ab ſaluiorum gente oppugnari:maſſilienſes erant ĩ nauibus a Phocide profecti id galli for/ Maſſi/
tunæ ſuæ omen rati adiuuere:ut:quem primũ in terram egreſſi occupauerant locum:patẽtibus ſiluis liẽſes
cõmunirent:ipſi per taurinos:ſaltuſqꝫ iuliæ alpis tranſcenderunt:fuſiſqꝫ acie tuſcis:haud procul Ticĩo
flumine:cum in quo cõſederant:agrũ inſubrium appellari audiſſent cognomine inſubribus pago he/
duorum:ibi omen ſequentes loci condidere urbem.Mediolanũ appellarunt.Alia ſubinde manus ger/ Medio/
manorum Elitouio duce ueſtigia prioꝝ ſecuta:eodem ſaltu fauente Belloueſo cũ tranſcendiſſet alpes lanũ a
ubi nunc Brixia ac Verona urbes ſunt:locos tenuere libui conſidunt:poſt hos ſalluuii:qui prope anti/ qbus cõ
quam gentẽ leuos ligures incolentes circa ticinũ amnem petiere. Penninũ:deinde boii ligureſqꝫ trãſ/ ditum
greſſi:cum iam inter padum atqꝫ alpes oĩa tenerentur:pado ratibus traiecto nõ Ethruſcos modo ſed
ẽt umbros agro pellunt:itra appẽninũ tamẽ ſeſe tenuere.Tum ſenones recentiſſimi aduenaꝝ ab Vſen
te flumine uſqꝫ ad ateſim fines habuere.Hanc gantẽ Cluſium Romãqꝫ deinde ueniſſe cõperio.Id paꝝ Seno/
certum eſt ſolã ne:an ab oĩbus ciſalpinorum galloꝝ populis adiutã Cluſini nouo bello exterriti cum nũ fineſ
multitudinẽ:tum formas hoĩum inuſitatas cernerent:& genus armoꝝ:audirẽtqꝫ ſepæ ab iis cis padũ

ultraq; ethruſcoꝝ legiones fuſas:q̄q̄ aduerſus romanos nullum eis ius ſocietatis amicitiæue erat:niſi
quod ueientes conſanguineos aduerſus populum romanum non defendiſſent:legatos Romam:q au
xilium ab ſenatu peterét miſere.De auxilio nihil impetratū:legati tres.M.Fabii ambuſti filii miſſi:q
ſenatus & populi romani noīe agerent cum gallis:ne a quibus nullam iniuriā accepiſſent:ſocios popu
li romani atq; amicos oppugnarent:romanis eos quoq; bello:ſi res:cogat:tuendos eſſe:ſed melius u
ſum bellū ipſum amoueri:ſi poſſet:& gallos nouā gētem pace potius cognoſi:quam armis.Mitis lega
tio:ni præferoces legatos galliſq; magis:quā romanis ſimiles habuiſſent quibus poſteaq̄ mādata edidē
runt in concilio galloꝝ:datur reſponſum.Et ſi nouum nomē audiāt romanoꝝ:tamē credere uiros for
tes eē:quoꝝ auxilium a cluſinis ī re trepida ſit imploratū:& quoniā legatiōe aduerſus ſe maluerit: quā
armis tueri ſocios:ne ſe quidē pacem:q illi afferāt:aſpernari:ſi gallis egentibus agro:quem latius poſſi
deant:quā colant cluſini partē finium concedant:aliter pacem impetrari non poſſe:& reſponſum corā
romanis ſe accipere uelle:& ſi negetur ager corā iiſdem romanis dimicaturos:ut nunciare domū poſ
ſint quantū galli uirtute cæteros mortales pſtarent.Qoud nam id ius eſſet agrum a poſſeſſoribus pe
tere:aut minari arma romanis quærentibus?ecquid in Ethruria rei gallis eſſet?cum ſe in armis ius fer
re:& oīa fortium uiroꝝ eſſe ferociter dicerent:accenſis utrinq; aīs ad arma diſcurritur:& plium cōſeri
tur:ibi iam urgentibus romanā urbem fatis legati contra ius gentium arma capiunt:nec id clā eſſe po
tuit:cū ante ſigna Ethruſcoꝝ tres nobiliſſimi fortiſſimiq; romanæ iuuentutis pugnarét: tantū emine
bat peregrina uirtus:quin etiam.Qu.Fabius euectus extra aciem equo:ducem galloꝝ ferociter in ipſa
ſigna Ethruſcoꝝ incurſantem perluſtrás fixum haſta occidit:ſpoliaq; eius legentē galli agnouere:pq;
totam aciē romanum legatum eſſe ſignum datū eſt.Omiſſa inde in cluſinos ira receptui canunt minā
tes romanis.Erant:qui extēplo Romā eundum cenſerent:uicere ſeniores:ut legati prius mitterentur
q̄ſtum iniurias:poſtulatumq; ut:pro iure gentium uiolato.Fabii dederentur.Legati galloꝝ cum ea:ſi
cut erant:mandata expoſuiſſent:ſenatui nec factum placebat Fabioꝝ:& ius poſtulare barbari uidebā
tur:ſed ne id:quod placebat:decerneret:in tātæ nobilitatis uiris ambitio obſtabat itaq; ne penes opſos
culpa eſſet cladis forte gallico bello acceptæ:cognitionem de poſtulatis galloꝝ ad populū reiiciūt: ubi
tanto plus gr̄a atq; opes ualuere:ut quoꝝ de pœna agebatur:tribuni militū conſulari poteſtate ī ſequē
tem annum crearentur:quo facto haud ſecus:q̄ dignum erat:infenſi galli bellū propalā minitantes ad
ſuos redeunt.Tribuni militū cum tribus Fabiis creati.Qu.Sulpicius Longus.Qu.Seruilius quartum
P.Seruilius Maluginenſis.Cum tanta moles mali īſtaret:adeo occæcat aīos fortuna:ubi uim ſuam in
gruentem refringi non uult:ciuitas:quæ aduerſus fidenatem ac ueiētem hoſtem alioſq; finitimos po
pulos ultima experiens auxilia:dictatorem multis tempeſtatibus dixiſſet:ea tūc inuſitato atq; inaudi
to hoſte ab oceano terrarūq; ultimis oris bellum ciente: nihil extraordinarii imperii aut auxilii quæ
ſiuit.Tribuni:quoꝝ temeritate bellum cōtractum erat:ſummæ reꝝ præerāt:delectumq; nihilo accu
ratiorem quā ad media bella haberi ſolitus erat:extenuantes ēt famam belli:habebāt.Interim galli po
ſteaquā accepere ultro honorem habitum uiolatoribus iuris humani:eluſamq; ſuam legationē eē:fla
grantes ira:cuius īpatiens eſt gens:confeſtim ſignis conuulſis citato agmine iter īgrediunt: Ad quoꝝ
ptereuntium raptim tumultum:cum exterritæ urbes ad arma concurrerent:fugaq; agreſtium fieret:
Romā ſe ire magno clamore ſignificabant:quacūq; ibant equis uiriſq; longe ac late fuſo agmīe īmen
ſum obtinētes loci.Sed antecedēte fama nunciiſq; cluſinoꝝ:deīceps īde aliorum populoꝝ plurimum
terroris Romam celeritas hoſtium tulit:qppe qbus uelut tumultuario exercitu rapti ducto: ægre ad
undecimum lapidem occurſum eſt:qua flumen Allia e cruſtuminis montibus præalto deflues alueo
haud multo infra uiam tyberino amni miſcetur.Iam oīa contra circaq; hoſtium plena erant:& nata ī
uanos tumultus gens truci cantu clamoribuſq; uariis horrendo cuncta compleuerat ſono.Ibi tribuni
militum non loco caſtris antecapto:non præmunito uallo:quo receptus eſſet:non deorum ſaltem:ſi
nō hoīum memores:nec auſpicato:nec litato īſtruunt aciem deductā in cornua:ne circūueniri a mul
titudine hoſtium poſſent:nec tamen æquari frontes poterant:cum extenāundo īfirmam & uix cohæ
rentem mediam aciem haberét:paulum erat a dextera editi loci quē ſubſidiariis repleri placuit:eaque
res ut initium pauoris ac fugæ:ſic una ſalus fugiētibus fuit:nam Brennus regulus galloꝝ in paucitate
hoſtiū artem maxime timēs:ratus ad id captum ſupiorē locum:ut ubi galli cū acie legionū recta fron
te cōcurriſſent:ſubſidia in auerſos trāſuerſoſq; īpetum darét:ad ſubſidiarios ſigna conuertit:ſi eo loco
depuliſſet haud dubius facile in æquo cāpi tantū ſupante multitudīe uictoriā fore:adeo nō fortūa mō
ſed ratio ēt cū barbaris ſtabat.In altera acie nihil ſimile romanis nō apud duces nō apud milites erat:
pauor fugaq; occupauerat aīos:& tāta hoīum obliuio ut multo maior pars Veios in hoſtium urbem
cum tyberis arceret:quā recto itinere romā ad coniuges ac liberos fugerent.Parumper ſubſidiarios tu
tatus eſt locus :in reliqua acie ſimul eſt clamor pximis a latere ultimis ab tergo auditus:ignotum ho
ſtem prius pene:quam uiderent:non modo non tentato certamine:ſed ne clamore qdem reddito īte
gri intactiq; fugerunt.Nec ulla cæde pugnatum fuit:terga cæſa ſuomet ipſoꝝ certamine in turba īpe
dētiū fugam circa ripam tyberis:quo armis abiectis totum ſiniſtrum cornu defugit: magna ſtrages
facta eſt:multoſq; imperitos nandi aut īualidos graues loricis aliiſq; tegminibus hauſere gurgites: ma
xima tamen pars incolumis Veios perfugit:unde non modo præſidii quicq̄:ſed ne nuncius qdem cla
dis Romam eſt miſſus.Ab dextero cornu:quod pcul a flumine & magis ſub mōte ſteterat.Romam
oēs petiere:& ne clauſis quidem portis urbis in arcem cōfugerunt.Gallos quoq; ob ſtupefactos mira

Romāi legati contra ius gentium in gallos pugnāt

Allia

In auſpicato cū gallis pugnat

Vincūt Ro. ad Alliam

culũ uictoriæ tã repẽtinæ tenuit:& ipſi pauore defixi ſteterũt:uelut ignari:quid accidiſſet:deĩde ĩſidias
uereri:poſtremo cæſorũ ſpolia legere:armorũq; cumulos:ut mos eis eſt:coaceruare. Tũ demũ:poſteaq̃
nihil uſquã hoſtile cernebatur:uiã ingreſſi haud multo ante ſolis occaſum ad urbẽ Romã ꝑueniunt:
ubi cum progreſſi equites non portas clauſas:nõ ſtationẽ pro portis excubare:non armatos eſſe ĩ mu/
ris retuliſſent:aliud priori ſimile miraculum eos ſuſtinuit:noctẽq; ueriti & ignotæ ſitũ urbis iter Ro/
mã atq; amnem cõſedere exploratoribus miſſis circa mœnia aliaſq; portas:quæ nã hoſtibus ĩ ꝑdita re
conſilia eẽnt. Romani cũ pars maior ex acie Veios petiſſet:quã Romã:nec ſupeſſe quẽq̃ præter eos:qui
Romam refugerant:crederent:cõplorati oẽs pariter uiui mortuiq; totam prope urbẽ lamentis imple/
uerunt. Priuatos deinde luctus ſtupefecit publicus pauor:poſteaq̃ hoſtes adeſſe nunciatũ eſt:mox ulu/
latus cãtuſq; diſſonos uagãtibus circa mœnia turmatim barbaris audiebant:omne ĩde tẽpus ſuſpẽſos
ita tenuit animos uſq; ad lucẽ alteram:ut idẽtidem iã ĩ urbẽ futurus uideretur ĩpetus prio aduẽtu quo
acceſſerãt ad urbẽ:mãſuros enĩ ad alliã fuiſſe:niſi hoc conſilii foret:deĩde ſub occaſum ſolis : quia haud
multum diei ſupererat:ante noctem rati ſe inuaſuros:tum in noctẽ dilatũ cõſilium eſſe:quo plus pauo
ris inferrẽt:poſtremo lux appropinquãs exanimare:timoriq; perpetuo ipſum malũ cõtinens fuit:tum
ſigna ĩfeſta portis illata ſunt:nequaq̃ tamẽ ea nocte neq; inſequẽti die ſimilis illi:quæ ad alliã tã pauide
fugerat:ciuitas fuit:nã cũ defendi urbẽ poſſe tam parua relicta manu ſpes nulla eſſet:placuit cum cõiu/
gibus ac liberis iuuẽtutem militarẽ ſenatuſq; robur in arcẽ capitoliumq; cõcedere:armiſq; & frumẽto
collatis ex loco inde munito deos hoĩeſq; & romanũ nomẽ defendere:flaminem ſacerdoteſq; ueſtales
ſacra publica a cæde ab incendiis procul auferre:nec ante deſeri cultum eoꝝ:quam non ſupeſſent : qui
colerent. Si arx capitoliumq; ſedes deoꝝ:ſi ſenatus caput publici cõſilii:ſi militaris iuuẽtus ſupfuerit ĩ/ In arcẽ
minenti ruinæ urbis:facilẽ iacturã eſſe ſenioꝝ relictæ ĩ urbe utiq; perituræ turbæ:& quo id æqore aĩo confu/
de plebe multitudo ferret:ſenes triũphales cõſulareſq; ſimul ſe cum illis palam dicere obituros:nec his gitur
corporibus:quibus nõ arma ferre:nõ tueri p̃riam poſſent:oneraturos inopiã armatoꝝ. Hæc ĩter ſenio
res morti deſtinatos iactata ſolatia. Verſæ inde adhortatiões ad agmẽ iuuenũ:quos ĩ capitolium atq; in
arcem ꝓſequebãt̃:cõmendãtes uirtuti eoꝝ iuuẽtæq; urbis per trecentos ſexaginta annos oĩbus bel/
lis uictricis q̃cunq; reliqua eẽt fortunã:digrediẽtibus q ſpem oẽm atq; opẽ ſecum ferebãt:ab iis q captæ
urbis nõ ſupeſſe ſtatuerãt exitio. Tũ ipſa res ſpecieſq; miſerabilis erat:tũ muliebris fletus:& cõcurſatio
incerta nũc hos:nũc illos ſequẽtiũ rogãtiũq; uiros natoſq;:cui ſe fato darent:nihil qđ humanis ſupeſ/
ſet malis:relĩquebãt:magna pars tamẽ eaꝝ ĩ arcẽ ſuos ꝓſecutæ ſunt:nec ꝓhibẽte ullo:nec uocãte: quia
quod utile obſeſſis ad minuẽdã ĩbellem multitudinẽ:id paꝝ humanũ erat. Alia maxime plebis turba:
quã nec capere tã exiguus collis:nec alere ĩ tãta inopia frumẽti poterat:ex urbe effuſa uelut agmine iam
uno petiit ianiculũ:ĩde pars ꝑ agros dilapſi:pars urbes petũt finitimas ſine ullo duce:aut cõſenſu ſuam
quiſq; ſpem ſua cõſilia cõmunibus deploratis exequẽtes:Flamen interim quirinalis uirgineſq; ueſtales Sacra
omiſſa reꝝ ſuaꝝ cura:quæ ſecũ ferẽda ſacroꝝ:quæ qa uires ad oĩa ferẽda deerant:relinquẽda eſſent cõ ſubter/
ſultantes:quiſue ea locus fideli aſſeruaturus cuſtodia eſſet:optimũ ducũt cõdita in doliolis ſacello ꝓxi/ ra defoſ
mo ædibus flaminis qrinalis ubi nũc deſpui religio ẽ defodere:cætera ĩter ſe onere partito ferunt̃ : uia ſa
quæ ſublicio põte ducit ad ianiculũ. In eo cliuo eas cũ. L. Albinus de plebe romana homo conſpexiſſet
plauſtro cõiugem ac liberos habens:inter cæterã turbã:quæ inutilis bello ex urbe excedebat:ſaluo etiã
tum diſcrimine diuinaꝝ humanarũq; reꝝ:irreligioſum ratus ſacerdotes publicos:ſacraq; Po. Ro. pedi
bus ire ferriq; ſe ac ſuos uehiculo cõſpici:deſcẽdere uxorẽ ac pueros iuſſit:uirgines ſacraq; in plauſtrũ ĩ/
poſuit:& Cære quo iter erat ſacerdotibus ꝑuexit:Romæ interim ſatis iã oĩbus:ut in tali re ad tuẽdã ar
cem cõpoſitis:turba ſenioꝝ domos regreſſa aduẽtum hoſtiũ obſtinato ad mortẽ aĩo expectabat : qui
eoꝝ curules geſſerãt magiſtratus:ut ĩ fortunæ priſtinæ honorumq; aut uirtutis ĩſignibus morerent̃:
quæ auguſtiſſima ueſtis ẽ thẽſas ducẽtibus triũphãtibuſue:ea ueſtiti medio ædiũ eburneis ſellis ſeder̃.
Sunt qui. M. Fabio põtifice maxĩo p̃fante carmẽ deuouiſſe eos ſe ꝓ p̃ria qritibuſq; romãis tradãt. Gal/
li & qa ĩterpoſita nocte a cõtẽtiõe pugnæ remiſerãt aĩos:& qđ nec ĩ acie ancipiti uſq̃ certauerãt ꝓlio:nec
cũ ĩpetu:aut ui capiebãt urbẽ:ſine ira:ſine ardore aĩorum ĩgreſſi poſtero die urbẽ patẽte collina porta ĩ
foꝝ ꝑueniũt:circũferẽtes oculos ad tẽpla deũ:arcẽq; ſolã belli ſpeciẽ tenẽtẽ:inde modico relicto p̃ſidio: Capit̃
neqs ĩ diſſipatos ex arce aut capitolio ĩpetus fieret:dilapſi ad p̃dã uacuis occurſu hoĩum uiis:pars ĩ ꝓxi/ urbs a
ma q̃q; tectoꝝ agmine ruũt:pars ultĩa uelut ea demũ ĩtacta & referta p̃da petũt. Inde rurſus ipſa ſolitu/ gallis
dine abſterriti:nequa fraus hoſtilis uagos excipet:ĩ foꝝ:ac ꝓpiqua foro loca cõglobati redibãt:ubi eos
plebis ædificiis obſeratis:patẽtibus atriis prĩcipũ:maior prope cũctatio tenuit apta quã clauſa ĩuadẽdi:
adeo haud ſecus:quã uenerabũdi ĩtuebant̃ ĩ ædiũ ueſtibulis ſedẽtes uiros:p̃ter ornatũ habitumq; hu/
mano auguſtiorẽ:maieſtate ẽt quã uultus grauitaſq; oris præ ſe ferebat ſimillimos diis. Ad eos uelut ſi
mulacra uerſi cũ ſtarẽt. M. Papyrius unus ex his dicit̃:gallo barbã ſuã ut tũ oĩbus ꝓmiſſa erat ꝑmulcẽ
ti:ſcipiõe eburneo ĩ caput ĩcuſſo irã mouiſſe:atq; ab eo initiũ cædis ortũ:cæteros ĩ ſedibus ſuis trucida/
tos. Poſt prĩcipũ cædẽ nulli deĩde mortaliũ parci:diripi tecta:exhauſtis iniici ignes. Cæteꝝ ſeu nõ om/
nibus delẽdi urbẽ libido erat:ſeu ita placuerat prĩcipibus galloꝝ:& oſtẽtari q̃dã ĩcẽdia terroris cã:ſi cõ/
pelli ad deditionẽ caritate ædiũ ſuaꝝ obſeſſi poſſent:& nõ oĩa cõcremari tecta:ut quodcũq; ſupereſſet Cædun
urbis:id pignus ad flectẽdos hoſtiũ aĩos haberẽt:nequaq̃ perĩde atq; capta urbe p̃ria die aut paſſim:aut tur ſe/
late uagatus ẽ ignis. Romani ex arce plenã hoſtiũ urbẽ cernẽtes:uagoſq; ꝑ uias omnes curſus:cum alia niores
atq; alia parte noua aliqua clades oriretur:nõ mentibus ſolum concipere:ſed ne auribus quidẽ atq; ocu urbis

lis ſatis cõſtare poterant:quocunq; clamor ſonitus hoſtiũ mulierum puerorumq; ploratus ſonitus fla-
mæ:& fragor ruentiũ tectoꝝ auertiſſet:pauentes ad oĩa aĩos oraq; & oculos flectebant uelut ad ſpecta-
culũ a fortuna poſiti occidentis patriæ:nec ullius rerum ſuarũ relicti præterq̃ corpoꝝ uindices: tãto an
te alios miſerandi magis q̃ unquã obſeſſi ſunt:qđ interclusi a patria obſidebantur oĩa ſua cernentes in
hoſtium ꝑtãte.Nec tranquillior nox diem tam fœde actũ excepit.Lux deinde noctem inquietam inſe-
cuta eſt:nec ullũ erat tempus:qđ a nouæ ſemper cladis alicuius ſpectaculo ceſſaret:nihil tamẽ tot onera
ti atq; obruti malis flexerũt aĩos:quin & ſi oĩa flamis ac ruinis æquata uidiſſent:q̃uis inopẽ paruumq;
quẽ tenebãt collem:libertati relictum uirtute defenderent:& iã cũ eadẽ quottidie acciderẽt:uelut aſſue
ti malis abalienauerant ab ſenſu reꝝ ſuaꝝ animos:arma tantũ ferrumq; ĩ dextris uelut ſolas reliquias
ſpei ſuæ intuentes.Galli quoq; per aliquot dies in tecta modo urbis nequicquã bello geſto: cum inter
incendia ac ruinas captæ urbis nihil ſupereſſe præter armatos hoſtes uiderẽt:neq;q̃ tot cladibus ter-
ritos:nec flexuros ad deditionẽ animos ni uis adhiberetur:experiri ultĩa & impetũ facere ĩ arcẽ ſtatuũt
pría luce ſigno dato multitudo oĩs in foro ĩſtruitur:ĩde clamore ſublato ac teſtudine facta ſubeunt: ad
uerſus quos romani nihil temere nec trepide ad oẽs aditus ſtatiõibus firmatis:qua ſigna ferri uidebãt:
ea robore uiroꝝ oppoſito ſcandere ſinũt hoſtẽ:quo ſucceſſerint magis ĩ arduum eo pelli poſſe per pro
cliue facilius rati:medio ferre cliuo reſtitere:atq; ĩde ex loco ſuperiore:qui prope ſua ſpõte ĩ hoſtẽ infere
bat:impetu facto:ſtrage ac ruina fudere gallos:ut nunquã poſtea nec pars:nec uniuerſi tẽptauerint tale
pugnæ genus.Omiſſa itaq; ſpe ꝑ uim atq; arma ſubeundi:obſidionẽ parant:cuius ad id tẽpus.ĩmemo-

Oppugnatur a gallis capitolium

res:& qđ ĩ urbe fuerat frumẽtum:ĩcendiis urbis abſumpſerãt:& ex agris ꝑ ipſos dies raptũ omne Ve-
ios erat.Igitur exercitu diuiſo partim ꝑ finitimos populos p̃dari placuit:partim obſideri arcem:ut obſi
dentibus frumẽtũ populatores agroꝝ p̃berẽt.Proficiſcẽtes gallos ab urbe ad romanã experiẽdã uirtu-
tem fortuna ipſa Ardeam:ubi Camillus exulabat:duxit:q̃ mœſtior ibi fortuna publica:quam ſua : cũ
diis hominibuſq; accuſandis ſeneſceret:indignando mirandoq;:ubi uiri eſſent:q̃ ſecum Veios Falerioſ-
que cepiſſent:qui alia bella fortius ſemper:quam felicius geſſiſſent:repente audit galloꝝ exercitum ad
uentare:atq; de eo pauidos ardeates conſultare.Nec ſecus quam diuino ſpiritu tactus:cum ſe in mediã
concionẽ intuliſſet:abſtinere ſuetus ante talibus conſiliis ardeates inquit ueteres amici: noui etiam ci-
ues mei:quando & ueſtrũ beneficiũ ita tulit:& fortuna hoc egit mea:nẽmo ueſtrum condicionis meæ
oblitũ me huc ꝓceſſiſſe putet:ſeu res ac piculũ cõmune cogit: qđ q̃ſq; poſſit ĩ re trepida p̃ſidii ĩ mediũ
conferre:& quãdo ego uobis ꝓ tantis ueſtris ĩ me meritis gr̃am referam:ſi nũc ceſſauero?aut ubi uſus
erit mei uobis:ſi ĩ bello nõ fuerit?hac arte ĩ patria ſteti:& inuictus bello:ĩ pace ab ĩgratis ciuibus pulſus
ſum:Vobis autẽ ardeates fortuna oblata ẽ:& ꝓ tãtis priſtinis Po.Ro.beneficiis q̃ta ipſi meminiſtis: nec
enim exprobrãda apud memores ſunt:gratiæ referẽdæ:& huic urbi decus ĩgens belli ex hoſte cõmũi
pariẽdi.Quæ effuſo agmine aduẽtat:gens eſt:cui natura corpora aĩoſq; magna magis:quam firma de-
derit:eo ĩ certamẽ omne plus terroris:quam uiriũ ferũt:argumẽto ſit clades romana:patentẽ cepere ur
bem:ex arce capitolioq; qđ his exigua reſiſtitur menu:iã obſidionis tedio uicti abſcedunt : uagiq; per
agros palanť:cybo uinoq; raptim hauſto repleti ubi nox appetit:prope riuos aquaꝝ ſine munimẽto:ſi
ne cuſtodiis paſſim ferarum ritu ſternuntur:nũc ab ſecũdis rebus magis etiã ſolito ĩcauti.Si uobis ĩ aĩo
eſt tueri mœnia ueſtra:nec pati hæc oĩa Galliã fieri:prima uigilia capite arma frequentes:me ſequimi-
ni ad cædem non ad pugnam:niſi uictos ſomno uelut pecudes trucidandos tradidero:non recuſo eun
dem Ardeæ rerum mearum exitum:quẽ Romæ habui.Aequis iniquiſq; perſuaſum erat tãtum bello
uirũ neminẽ uſquã ea tempeſtate eſſe:concione dimiſſa:cõrpora curant intenti:quã mox ſignum dare
tur:quo dato primæ noctis ſilẽtio ad portas Camillo præſto fuere:egreſſi haud procul urbe:ſicut præ
dictũ fuerat:caſtra galloꝝ ĩtuta neglectaq; ab oĩ parte nacti cũ ĩgẽti clamore ĩuadũt:nuſq̃ p̃liũ:oĩbus lo

Galloꝝ cædes

cis cædes ẽ:nuda corpora & ſoluta ſomno trucidanť:extremos tamẽ pauor cubilibus ſuis excitos:quæ
aut unde uis eẽt ignaros:ĩ fugã:& quoſdã ĩ hoſtẽ ip̃m ĩprouiſa tulit.magna pars ĩ agrũ antiatẽ pelati ĩ-
curſiõe ab oppidanis ĩ palãtes facta circũueniunť.Similis ĩ agro uenieti tuſcoꝝ facta ſtrages:eſt q̃ urbis
iã ꝓpe quadrigẽteſimũ annũ uicinæ opp̃ſſæ ab hoſte ĩuſitato ĩauditoque adeo nihil miſerti ſunt:ut in
agrũ romanum eo tp̃e ĩcurſiones facerẽt:pleniq; p̃dæ Veios ẽt p̃ſidiũq; & ſpem ultimã romani noĩs in
aĩo habuerit oppugnare.Viderãt eos milites romani uagãtes ꝑ agros:& cõgregatos agmĩe p̃dã p̃ ſe agẽ
tes:& caſtra cernebãt haud ꝓcul Veiis poſita:ĩde primũ miſeratio ſui:deĩde ĩdignitas atq; ex ea ira aĩos
cepit.Ethruſcis ẽt a q̃bus bellũ gallicũ ĩ ſe auertiſſent ludibrio eẽ clades ſuas:uix tẽperauere aĩs:q̃n extẽ
plo ĩpetũ facerẽt:cõpreſſiq; a Ceditio cẽturione:quẽ ſibimetipſi p̃fecerãt:rẽ ĩ noctẽ ſuſtinuere : tãtũ par
Camillo defuit auctor:cætera eodẽ ordĩe:eodẽq;fortunæ euẽtu geſta:q̃n ẽt ducibus captiuis:q̃ cædi no

Tuſci duobuſ locis cæduntur

cturnæ ſupfuerant:ad aliã manũ tuſcoꝝ ad Salinas ꝓfecti nocte ĩſequẽti ex ĩprouiſo maiorẽ cædẽ ædi
derunt:publicaq; uictoria ouãtes Veios redeũt.Romæ interim pleruq; obſidio ſegnis & utrinq; ſilẽtiũ
eſſe:ad id tãtũ gallis ĩtẽtis:neq; hoſtiũ euadere iter ſtationes poſſet:cũ repẽte iuuenis romanus admira-
tione ĩ ſe ciues hoſteſq; cõuertit:ſacrificiũ erat ſtatum in quirinali colle fabiæ genti:ad id faciendum.C.
Fabius deorſum gabino cinctus ſacra manibus gerens:cum de capitolio deſcendiſſet : per medias ho-
ſtium ſtationes egreſſus:nihil ad uocẽ cuiuſq̃ terroremue motus in quirinalem collem peruenit:ibiq;
omnibus ſolemniter peractis:eadẽ reuertẽs ſimiliter cõſtanti uultu graduq; ſatis ſperans propitios eſ-
ſe deos:quorum cultum ne mortis quidem metu peohibitus deſeruiſſet:ĩ capitoliũ ad ſuos rediit : ſeu
attonitis gallis miraculo audaciæ:ſeu religione etiam motis:cuius haud quaquam negligens gens eſt.

Veiis interim non animi tantum in dies:ſed etiam uires creſcebant:nec romanis ſolum eo conueni/ G.fabii
entibus ex agris qui aut prælio aduerſo:aut clade captæ urbis fugati fuerant:ſed etiã ex latio uolũtariis facinus
confluentibus:ut ĩ parte prædæ eſſent.Maturũ iam uidebatur repeti patriã:eripiqꝫ ex hoſtiũ manibus
ſed corpori ualido caput deerat:locus ipſe admonebat Camilli:& magna pars militũ erat:qui ductu au
ſpicioqꝫ eius res proſpere geſſerãt:& Ceditius negare ſe cõmiſſuꝶ cur ſibi aut deoꝶ : hominũue quiſqꝫ
imperiũ finiret potius:quã ipſe memor ordinis ſui poſceret ĩperatorẽ.Conſenſu oĩum placuit ab Ar/
dea Camillũ acciri:ſed ante cõſulto ſenatu:qui Romæ eſſet:adeo regebat oĩa pudor : diſcriminaqꝫ reꝶ
prope perditis rebus ſeruabant:ingenti ꝑiculo trãſeundũ ꝑ hoſtiũ cuſtodias erat:ad eã rẽ Pontius Co/ Põtius
minus ĩpiger iuuenis operã pollicitus:incubans cortici ſecũdo tyberi ad urbem defertur:inde qua ꝓ/ Comi/
ximũ fuit:a ripa per præruptum eoqꝫ neglectum hoſtiũ cuſtodia ſaxũ ĩ capitoliũ euadit:& ad magiſtra nus
tus ductus mãdata exercitus ædit.Accepto ĩde ſenatus decreto:ut & comitiis curiatis reuocatus de exi
lio iuſſu Po.Ro.Camillus dictator extẽplo diceret̃:militeſqꝫ haberent ĩperatorẽ:quẽ uellent. Eadẽ di/
greſſus nuncius Vaios cõtendit:miſſiqꝫ Ardeã legati ad Camillũ:Veios eũ perduxere:ſeu quod magis
credere libet:non prius profectũ ab Ardea quã comperit legẽ latã:quod nec iniuſſu populi mutari fini
bus poſſet:nec niſi dictator dictus auſpicia in exercitu habere:lex curiata lata ẽ:dictatorqꝫ abſens dictus
Dum hæc ad Veios agebantur:interim arx Romæ capitoliũqꝫ ĩ ingenti periculo fuit:nã galli ſeu ueſti
gio notato humano qua nuncius a Veiis peruenerat:ſeu ſua ſpõte animaduerſo:ad Carmentis ſaxum
aſcẽſu æquo nocte ſubluſtri:cũ primo inermem:qui temptaret uiam præmiſiſſent:tradẽtes ĩde arma:
ubi quid iniqui eſſet:alterni innixi:ſubleuanteſqꝫ inuicem:& trahentes alii alios prout poſtularet locus
tanto ſilentio ĩ ſummũ euaſere:ut nõ cuſtodes ſolum fallerẽt:ſed ne canes quidẽ ſollicitum animal ad
nocturnos ſtrepitus excitarent:anſeres nõ fefellere:quibus ſacris Iunonis in ſumma inopia cybi tamen
abſtinebatur:quæ res ſaluti fuit:nãqꝫ clangore eoꝶ alarũqꝫ crepitu excitus.M.Manlius:qui triẽnio an/ Mãlius
te cõſul fuerat:uir bello egregius armis arreptis ad arma cæteros ciẽs uadit:& dum cæteri trepidãt: gal gallũ ex
lum:qui iam ĩ ſummo cõſtiterat:umbone ictum deturbat:cuius caſus prolapſi cum proximos ſterne/ capito/
ret:trepidãtes alios armiſqꝫ omiſſis ſaxa:qͥbus adhærebãt:manibus amplexos trucidat.Iamqꝫ & aliis cõ lio de/
globatis tælis:miſſilibuſqꝫ ſaxis ꝑturbare hoſtes:ruinaqꝫ tota prolapſa acies ĩ præceps deferri: ſedatoqꝫ turbat
deĩde tumultu:reliquũ noctis:qͣtum ĩ turbatis mentibus poterat:cum præteritum quoqꝫ periculũ ſol/
licitaret:quieti datum eſt.Luce orta:uocatis claſſico ad cõcilium militibus ad tribunos:cũ & recte & ꝑ/
perperam facto pretium deberetur.Mãlius primum ob uirtutem laudatus donatuſqꝫ nõ a tribunis ſo
lum militum:ſed cõſenſu etiam militari:cui uniuerſi ſelibras farris:& quartarios uini ad ædes eius:qͥ ĩ
arce erãt:cõtulerũt:rẽ dictu paruam cæterum inopia fecerat eam argumẽtum ĩgens caritatis:cũ ſe qſqꝫ
uictu ſuo defraudans detractum corpori atqꝫ uſibus neceſſariis ad honorem unius uiri cõferret. Tum
uigiles eius loci:quos fefellerat aſcẽdẽs hoſtis citati:& cum ĩ oẽs more militari ſe animaduerſurum.P.
Sulpicius tribunus militum pronũciaſſet:cõſentiẽte clamore militũ ĩ unum uigilem coniiciẽtium cul
pam deterritus a cæteris abſtinuit:reum haud dubium eius noxæ approbãtibus cũctis de ſaxo deiecit:
inde ĩtentiores utriqꝫ cuſtodiæ eſſe:& apud gallos quia uulgatũ erat ĩter Veios Romamqꝫ nũcios com Morbꝯ
meare:& apud romanos ob nocturni periculi memoriã.Sed ante omnia obſidiõis belliqꝫ mala: fames ĩ gallos
utrinqꝫ exercitũ urgeba:gallos peſtilentia etiam tum loco iacẽte ĩter tumulos caſtra habẽtes:tũ ab incẽ uulgat̃
diis torrido & uaporis pleno:cineremqꝫ nõ puluere modo ferẽte cũ quid uẽti motum eſſet:quoꝶ ĩto/
leratiſſima gens eſt humoriqꝫ ac frigori aſſueta:tum æſtu & angore uexata uulgatis ueluti ĩ pecua mor
bis morerentur.Iã pigritia ſingulos ſepeliẽdi:ꝓmiſcue aceruatos cumulos hominũ urebãt : buſtorũqꝫ
inde gallicoꝶ nomine inſignẽ locũ fecere.Induciæ deinde cũ romanis factæ : & colloquia permiſſu ĩm
peratoꝶ habita:ĩ quibus cũ identidẽ galli famẽ obiicerent:eaqꝫ neceſſitate ad deditionẽ uocarent: dicit̃
auertendæ eius opinionis cauſa multis locis panis de capitolio iactus eſſe in hoſtinm ſtatiões.Sed iam
neqꝫ diſſimulari:neqꝫ ferri ultra fames poterat:itaqꝫ dum dictator delectũ ꝑ ſe Ardeæ habet : magiſtrũ
equitũ.L.Valeriũ a Veiis abducere exercitũ iubet:parat ĩſtruitqꝫ:qͥbus haud ĩpar adoriatur hoſtes:ĩterĩ
capitolinus exercitus ſtatiõibus uigiliiſqꝫ feſſus:ſuꝑatis tamẽ humanis oĩbus malis:cũ famẽ unã natu/
ra uinci nõ fineret:diem de die ꝓſpectãs ſi qđ auxiliũ a dictatore appareret:poſtremo ſpe quoqꝫ iã non
ſolũ cybo deficiente:& cũ ſtationibus ꝓcederẽt ꝓpe obruẽtibus ĩfirmũ corpus armis:uel dedi uel redi Quãtũ
mi ſe quacunqꝫ pactiõe poſſent:iuſſit:iactãtibus nõ obſcure gallis:haud magna mercede ſe adduci poſ/ auri ꝑti
ſe ut obſidionẽ relinquãt.Tum ſenatus habitus:tribuniſqꝫ militũ datũ negotiũ:ut paciſcerẽtur.Inde ĩ/ ſint ro.
ter.P.Sulpiciũ tribunũ militũ:& Brẽnum regulũ galloꝶ colloquio trãſacta res eſt:& mille pondo auri cũ gallis
pretiũ populi gẽtibus mox ĩperaturi factum.Rei fœdiſſimæ ꝑ ſe adiecta ĩdignitas eſt:põdera ab gallis
allata iniqua:& tribuno recuſante additus ĩſolente gallo põderi gladius:auditaqꝫ ĩtoleranda Romanis
uox ueh uictis eſſe:ſed diiqꝫ & hoĩs prohibuere redemptos uiuere romanos:nã forte quadã prius:quã
infanda merces perficerentur:per altercationem nondũ omni auro appenſo dictator ĩteruenit : auferꝛ
riqꝫ aurum de medio:& gallos ſubmoueri iubet:cum illi renitentes pactos dicerent ſeſe:negat eam pa/
ctionem ratam eſſe:quæ poſteaquam ipſe dictator creatus eſſet:iniuſſu ſuo ab inferioris iuris magiſtra
tu facta eſſet:denunciatqꝫ gallis:ut ſe ad prælium expediant:ſuos ĩ aceruũ cõiicere ſarcinas:& arma ap/
tare ferroqꝫ non auro recuperare patriam iubet:in conſpectu habẽtes fana deum:& cõiuges:& liberos:
& ſolum patriæ deforme belli malis:& omnia:quæ defendi repetiqꝫ & ulciſci fas ſit:Inſtruit deĩde aciẽ
ut loci natura patiebatur : in ſemirutæ ſolo urbis & natura in æquali:& omnia quæ arte belli ſecun/

Galli ga bina uia cæduſ ad unũ

da ſuis eligi præparariue poterant:prouidit Galli noua re trepidi arma capiunt:ira magis:quam conſi/
lio ĩ romanos ĩcurrunt.Iã uerterat fortuna:iã deoꝝ opes humanaqꝫ cõſilia rẽ romanã adiuuabãt : igiẽ
primo cõcurſu haud maiore momẽto fuſi ſunt galli:quã ad Alliã uicerant.Iuſtiore altero deĩde ꝑlio ad
octauũ lapidẽ gabina uia:quo ſe ex fuga cõtulerant:eiuſdẽ ductu auſpicioqꝫ Camilli uĩcunẽ : ibi cædes
omnia obtinuit caſtra capiunẽ:& ne nũcius qdẽ cladis relictus.Dictator recuperata ex hoſtibus patria
triũphans in urbẽ redit:iterqꝫ iocos militares:quos ĩcõditos iaciũt:Romulus ac parẽs pr̃iæ conditorqꝫ
alter urbis haud uanis laudibus appellabaẽ.Seruatã deĩde bello patriã:iteꝝ ĩ pace haud dubie ſeruauit:
cum ꝓhibuit migrari Veios:& tribunis rẽ intẽtius agẽtibus poſt ĩcẽſam urbem:& p ſe ĩclinata magis
plebe ad id cõſiliũ:eaqꝫ cã fuit nõ abdicandæ poſt triũphũ dictaturæ:ſenatu obſecrãte ne rẽpublicã in ĩ/
certo relinqret ſtatu.Oĩum primũ:ut erat diligẽtiſſimus religionũ cultor:quæ ad deos ĩmortales ꝑti/
nebant:rettulit:& ſenatuſcõſultũ facit fana oĩa:qđ ea hoſtis poſſediſſet:reſtituerenẽ:terminarentur:ex
piarenturqꝫ:expiatioqꝫ eoꝝ ĩ libris p duũuiros qreretur.Tũ cæretibus publice hoſpitiũ fieret:qđ ſacra
Po.Ro.ac ſacerdotes recepiſſent:beneficioqꝫ eius populi nõ intermiſſus honos deũ ĩmortaliũ eẽt.Ludi

Ludi ca pitolini

capitolini fierẽt:qđ Iuppiter Opt.Maxi.ſuã ſedẽ atqꝫ arcẽ Po.Ro.in re trepida tutatus eẽt:collegiũqꝫ ad
eam rẽ.M.Furius dictator cõſtitueret:ex iis:q ĩ capitolio atqꝫ arce habitarẽt.Expiãdæ ẽt uocis noctur/
næ:quæ nuncia cladis ante bellũ gallicũ audita neglectaqꝫ eẽt mẽtio illata:iuſſumqꝫ templũ ĩ noua uia
Aio Locutio fieri.Aurũ:qđ gallis ereptũ erat:qđ quæ ex aliis tẽplis ĩ trepidationẽ ĩ Iouis cellam colla/
tum:cũ in quæ referri oporteret : confuſa memoria eẽt:ſacrũ omne iudicatũ:& ſub Iouis ſella poni iuſ
ſum.Iã ante ĩ eo religio ciuitatis apparuerat:qđ cũ in publico deeſſet aurũ:ex quo ſumma pactæ mer/
cedis gallis cõficeret:a matronis collatũ accepãt:ut eaꝝ ſicut uiroꝝ poſt mortẽ ſolemnis laudatio eẽt.
Iis peractis:quæ ad deos ꝑtinebant:quæqꝫ p ſenatũ agi poterãt:tũ demũ agitantibus tribunis plebẽ aſſi
duis cõcionibus:ut relictis ruinis:ĩ urbẽ paratã Veios trãſmigrarent:in cõcionem uniuerſo ſenatu ꝓſe

cur mulieribꝫ funeri/bus laudatio cõſtitut

quẽte aſcendit.atqꝫ ita uerba fecit.Adeo mihi acerbæ ſunt qrites cõtentiones cũ tri.ple.ut nec triſtiſſi/
mi exilii ſolatiũ aliud habuerim:quoad Ardeæ uixi:quã qđ procul ab his certaminibus erã:& ob eadẽ
hæc nõ ſi me ſenatuſcõſulto populiqꝫ iuſſu reuocaretis:rediturus unq̃ fuerim:nec nũc me ut redirem
mea uolũtas mutata:ſed ueſtra fortuna ꝑpulit:qppe ut ĩ ſua ſede maneret patria id agebaẽ:non ut ego
utiqꝫ in patria eſſem:& nũc qeſcerẽ & tacerem libẽter:niſi hæc quoqꝫ pro pr̃ia dimicatio eẽt: cui deeſſe
quoad uita ſuppetat:aliis turpe:Camillo ẽt nefas eſt.Quid.n.repetimus:qd obſeſſam ex hoſtiũ mani/
bus eripimus:ſi recupatam ipſi deſerimus? & cũ uictoribus gallis capta tota urbe:capitoliũ tamen:atqꝫ
arcẽ:diiqꝫ:& hoĩes romani tenuerĩt:habitauerĩt:uictoribus romãis recupata urbe:arx quoqꝫ & capito
lium deſereẽ:& plus uaſtitatis huic urbi ſecũda nr̃a fortuna faciet:quã aduerſa fecerit? Eqdem ſi nobis
cum urbe ſimul poſitæ traditæqꝫ p manus religiões nullæ eẽnt:tamẽ tã euidẽs numen hac tempeſtate
rebus affuit romanis:ut oẽm negligẽtiã diuini cultus exẽptã hoĩbus putẽ:ĩtuemini.n.hoꝝ deinceps an/
norũ uel ſecũdas res uel aduerſas:ĩuenietis oĩa proſpere eueniſſe ſequentibus deos:aduerſa ſpernẽtibus
Iam omnium primum ueiens bellum per quot annos quanto labore geſtum non ante cepit finẽ : quã
monitu deorum aqua ex lacu albano emiſſa eſt.Quid hæc tandem urbis noſtræ clades noua: num an
te exorta eſt:quam ſpreta uox cælo emiſſa de aduentu gallorum? quã gẽtium ius a legatis noſtris uiola
tum? quã a nobis cum uindicari deberet:eadem negligentia deoꝝ prætermiſſum? Igitur uicti captiqꝫ
ac redempti tantum pœnarum diis hominibuſqꝫ dedimus:ut terrarũ orbi documẽto eſſemus:aduer/
ſæ deinde res admonuerunt religionũ.Confugimus in capitoliũ ad deos ad ſedem Iouis Opt.Max.ſa/
cra in ruina rerum noſtrarum alia terræ celauimus:alia auecta in finitimas urbes amouimus ab hoſti/
um oculis:deorum cultum deſerti ab diis hominibuſqꝫ tamen nõ intermiſimus: reddidere igitur pa/
triam.& uictoriam:& antiquũ belli decus amiſſum:& ĩ hoſtes qui cæci auaritia in põdere auri fœdus
ac fidem fefellerũt:uerterunt terrorẽ fugamqꝫ & cædẽ.Hæc culti neglectiqꝫ numinis tãta monumenta
in rebus humanis cernentes:ecquid ſentitis quirites:quãtum uix dum ex naufragiis prioris culpæ cla/
diſqꝫ emergentes paremus nefas? Vrbem auſpicato inauguratoqꝫ cõditã habemus:nullus locus ĩ ea nõ
religionũ deorũqꝫ eſt plenus:ſacrificiis ſolemnibus nõ dies magis ſtati:quã loca ſunt: ĩ quibus fiãt:hos
omnes deos publicos priuatoſqꝫ quirites deſerturi eſtis? quã par ueſtrum factum eſt: qđ in obſidione
nuper ĩ egregio adoleſcẽte Fabio nõ minore hoſtiũ admiratiõe:quã ueſtra cõſpectum eſt:cũ inter gal/
lica tæla digreſſus ex arce ſolemne fabiæ gentis in colle quirinali obiit.An gentilicia ſacra ne in bello q/
dem intermitti:publica ſacra & Ro.deos etiam in pace deſeri placet? & pontifices flamineſqꝫ negligen/
tiores publicarum religionum eſſe:quam priuatus in ſolemni gentis fuerit? Forſitan aliquis dicat : aut
ea nos Veiis facturos:aut huc inde miſſuros ſacerdotes noſtros:qui faciant:quorum neutrum fieri ſal/
uis cerimoniis poteſt:& ne omnia generatim ſacra:omneſqꝫ percenſeam deos in Iouis epulo num ali/
bi:qua in capitolio puluinar ſuſcipi poteſt? Quid de æternis Veſtæ ignibus ſignoqꝫ:qđ imperii pignus
cuſtodia eius templi tenetur:loquar? qd de ancylibus ueſtris? Mars Gradiue:tuqꝫ Quirine pater hæc

Pului/nar io/uis

omnia in profano deſeri placet ſacra æqualia urbi:quædã uetuſtiora origine urbis? & uidete qd inter
nos & maiores interſit:illi ſacra quædam ĩ mõte albano lauinoqꝫ nobis facienda tradiderunt.An ex ho
ſtium urbibus Romam ad nos tranſferri ſacra religioſum fuit:hinc ſine piaculo in hoſtium urbẽ Ve/
ios traſſeremus? Recordamini agite dum quotiens ſacra inſtaurentur:quia aliquid ex patrio ritu negli
gentia:caſuue prætermiſſum eſt.Modo quæ res poſt prodigium albani lacus:niſi ĩſtauratio ſacrorum
auſpiciorumqꝫ renouatio affectæ ueienti bello reipu.remedio fuit? At etiã tanq̃ ueterum religionum

memores & peregrinos deos trāſtulimus Romā & īſtituimus nouos. Iuno regina trāſuecta a Veiis nu
per ī auētino quā īſigni ob excellens matronaꝝ ſtudiū celebriqꝫ dedicata ē die? Aio locutio tēplum ꝓ
cæleſtē uocē exauditā ī noua uia iuſſimus fieri: capitolinos ludos ſolēnibus aliis addidimus: collegiūqꝫ
ad id nouū auctore ſenatu cōdidimus. Quid hoꝝ opus fuit ſuſcipi: ſi una cū gallis urbē Romanam reli
cturi ſumus? ſi nō uolūtate manſimus ī capitolio ꝑ tot mēſes obſidionis? ſi ab hoſtibus metu retēti ſu
mus? de ſacris loqmur & de tēplis: qd tandē de ſacerdotibus? nō ne ī mentē uenit: q̄tū piaculi cōmittaẽ
Veſtalibus nempe illa una ſedes eſt: ex q̄ nihil unq̄: ꝓterq̄ urbs capta mouit: flamini diali nocte unā ma
nere extra urbē nefas eſt: hos ueiētes ꝓ romanis facturi eſtis ſacerdotes? & ueſtales tuæ te deſerent Ve-
ſta? & flamen ꝑegre habitando ī ſingulas noctes: tantū ſibi reiqꝫ. p. piaculū cōtrahet? Quid alia: q̄ auſpi-
cato agimus oīa fere ītra pomœriū: cui obliuioni: aut cui negligētiæ damus? Comitia curiata: quæ rem — Comi-
militarē cōtinēt: comitia cēturiata: qbus cōſules tribunoſqꝫ militares creatis: ubi auſpicato: niſi ubi aſſo — tia curia
lent: fieri poſſunt? Veios ne hæc trāſferemus? an comitioꝝ cā populus tanto incōmodo ī deſertā hanc — ta comi
ab diis hoībuſqꝫ urbem cōueniet? Sed res ipſa cogit uaſtā incēdiis ruiniſqꝫ relīquere urbē: & ad ītegra — tia cētu.
omnia Veios migrare: nec hic ædificādo inopem plebem uexare: hanc autē iactari magis cauſam: quā — riata
ueram eſſe: ut ego nō dicam apparere uobis quirites puto: q meminiſtis ante galloꝝ aduentum: ſaluis
tectis publicis priuatiſqꝫ: ſtante īcolumi urbe: hāc tandem rem actā eſſe: ut Veios trāſmigraremus: & ui
dete quantum inter meam ſentētiam ueſtramqꝫ inter ſit tribuni: uos etiam: ſi tunc faciendū nō fuerit:
nunc utiqꝫ faciendum putatis: ego cōtra: nec id mirati ſitis: prius quam: quale ſit: audiueritis: etiā ſi tūc
migrandum fuiſſet incolumi tota urbe: nunc has ruinas relīquendas non cenſerem: quippe tum cauſa
nobis in urbem captā migrādi: uictoriā eſſet glorioſa nobis ac poſteris noſtris: nunc hæc migratio no-
bis miſera ac turpis: gallis glorioſa ē: nō enim reliquiſſe uictores: ſed amiſiſſe uicti patriam uidebimur.
Hoc ad alliam fuga: hoc capta urbs: hoc circunſeſſum capitolium neceſſitatis īpoſuiſſe: ut deſereremus
penates noſtros: exiliumqꝫ ac fugam nobis ex eo loco cōſciſceremus: quem tueri non poſſemus? & galli
euertere potuerunt Romam: quam romani reſtituere non uidebuntur potuiſſe? Quid reſtat: niſi ut ſi
iam nouis copiis ueniāt: conſtat enim uix credibilem multitudinem eſſe: & habitare in capta ab ſe de-
ſerta a uobis hac urbe uelint: ſinatis? Quid ſi nō galli hoc: ſed ueteres hoſtes noſtri equi uolſciqꝫ faciāt:
ut cōmigrent Romam? uelitis ne illos Romanos: uos ueiētes eſſe? an malitis hanc ſolitudinem ueſtrā
quam urbem hoſtium eſſe? nō equidem uideo: quid magis nefas ſit: hæc ſcelera quia piget ædificare:
hæc dedecora pati parati eſtis? Si tota urbe nullum melius ampliuſue tectum fieri poſſit: quam caſa il- — Caſa ro
la cōditoris eſt noſtri: non in caſis ritu paſtorum agreſtiumqꝫ habitare eſt ſatius inter ſacra penateſque — muli
ueſtros: quam exulatum publice ire? Maiores noſtri conuenæ paſtoreſqꝫ: cum in his locis nihil præter
ſiluas paludeſqꝫ eēt: nouam urbem tam breui ædificauerunt: nos capitolio arce incolumi: ſtantibus tē-
plis deoꝝ ædificare incenſam piget? & quod ſinguli facturi fuimus: ſi ædes noſtræ deflagraſſent: hoc ī
publico incendio uniuerſi recuſamus facere? Quid tandem ſi fraude: ſi caſu Veiis incēdium ortum ſit:
uentoqꝫ: ut fieri poteſt diffuſa flama magnam partem urbis abſumat: Fidenas inde aut Gabios: aliāue
quam urbem quæſituri ſumus: quo tranſmigremus? adeo nihil tenet ſolū patriæ: nec hæc terra quam
matrem appellamus? Sed in ſuperficie tigniſqꝫ caritas nobis patriæ pendet? Et quidem fatebor uobis:
& ſi minus iniuriæ ueſtræ: quam meæ calamitatis meminiſſe iuuat: cum abeſſem: quotienſcunqꝫ pa-
tria in mentem uenerat: hæc omnia occurrebāt: colles campiqꝫ & tyberis & aſſueta oculis regio & hoc
cælum ſub quo natus educatuſqꝫ eſſem: quæ uos quirites nunc moueant potius caritate ſua: ut manea
tis in ſede ueſtra: quam poſtea: cum reliqueritis: ea macerent deſyderio. Non ſine cauſa dii homineſqꝫ
condendæ locum hunc urbi elegerunt: ſaluberrimos colles: flumen oportunum: quo ex mediterrane-
is locis fruges deuehantur: quo maritimi commeatus accipiantur: mare uicinum ad cōmoditates: nec
expoſitum nimia propinquitate ad pericula claſſium externarum regionum: Italiæ medium ad incre-
mentum urbis natum unice locum: argumento eſt ipſa magnitudo tam nouæ urbis: trecenteſimus ſe
xageſimus quintus annus urbis quirites agitur: īter tot ueterrimos populos tādiu bella geritis: cum in
terea ne ſingulas loquar urbes: non coniuncti cū equis uolſci tot tā ualida oppida: non uniuerſa Ethru
ria tantum terra mariqꝫ pollens: atqꝫ inter duo maria latitudinem obtinens Italiæ: bello uobis par eſt:
Quod cum ita ſit: quæ malum ratio eſt expertis alia experiri? cum iā ut uirtus ueſtra tranſire alio poſ-
ſit. fortuna certe loci huius tranſferri non poſſit. Hic capitolium eſt: ubi quondam capite humano īuē-
to reſponſum eſt: eo loco caput rerum ſummamqꝫ imperii fore: hic cum augurato liberaretur capitoliū — ccclxv.
Iuuentas Terminuſqꝫ maximo gaudio patrum noſtrorum moueri ſe nō paſſi: hic Veſtæ ignes: hic cæ — anno ab
lo ancylia dimiſſa: hic omnes propitii manentibus uobis dii. Mouiſſe eos Camillus tum alia ratiōe: tū — urbe cō
ea: quæ ad religiones pertinebat: maxime dicitur: ſed rem dubiam decreuit uox opportune emiſſa: qđ — dita ca-
cum ſenatus poſt paulo de his rebus in curia hoſtilia haberetur: cohorteſqꝫ ex præſidiis reuertētes for- — pta a
te agmine forum tranſirent: centurio in comitio exclamauit ſignifer ſtatue ſignum: hic manebimus — galliſ ro
optime. Qua uoce audita: & ſenatus accipere ſe omen ex curia egreſſus conclamauit: & plebs circunfu- — ma
ſa approbauit. Antiquata deinde lege promiſcue urbs ædificari cœpta: tegula publice ꝓbita eſt: ſaxi ma
teriæqꝫ cædendæ: unde quiſqꝫ uellet: ius factum: prædibus acceptis: eo anno ædificia perfecturos. Feſti
natio curam exemit uicos dirigendi: dum omiſſo ſui alieniqꝫ diſcrimine in uacuo ædificant: ea eſt cau-
ſa: ut ueteres cloacæ primo per publicum ductæ: nunc priuata paſſim ſubeant tecta: formaqꝫ urbis ſit
occupatæ magis: quam diuiſæ ſimilis.

## PRIMAE DECADIS
## TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA. LIBER SEXTVS.

QVAE AB Condita urbe Roma ad captam eãdem urbem Romani ſub regibus primũ:conſulibus deinde ac dictatoribus:decẽuiriſqꝫ:ac tribũis conſularibus geſſere foris bella:domi ſeditiões quinqꝫ libris expoſui: res cum uetuſtate nimia obſcuras:uelut quæ magno ex ĩteruallo loci uix cernuntur:tum qđ paruæ & raræ per eadẽ tempora litteræ fuere una cuſtodia fidelis memoriæ rerꝝ geſtarum:& quod etiam ſiquæ in cõmentariis pontificũ aliiſqꝫ publicis priuatiſqꝫ erãt monumẽtis:incẽſa urbe plæræqꝫ interiere:clariora deĩceps certioraqꝫ ab ſecũda origine:uelut ab ſtirpibus latius feraciuſqꝫ renatæ urbis geſta domi:militiæqꝫ exponent᷑. Cæterum primo quo adminiculo erecta erat:eodem ĩnixa.M.Furio prĩcipe ſtetit:

Camillo ĩ annũ ꝓrogata dictatura

neqꝫ eum abdicare ſe dictatura:niſi anno circũacto paſſi ſunt. Comitia in inſequẽtem annum tribunos habere:quorꝝ in magiſtratu capta urbs eſſet:non placuit:res ad interregnũ rediit. Cum ciuitas ĩ opere ac labore aſſiduo reficiẽdæ urbis teneret᷑:interim.Q.Fabio ſimul primũ mgr̃atu abiit:ab.C.Marcio tri.pleb.dicta dies ẽ:qđ legatus ĩ gallos:ad quos miſſus erãt orator:cõtra ius gẽtium pugnaſſet:cui iudicio eũ mors adeo opportuna:ut uolũtariam magna pars crederet:ſubtraxit. Interregnũ tamẽ iniit.P.Cornelius Scipio ĩterrex:poſt eũ.M.Furius Camillus iterꝝ. Is tribunos militũ cõſulari poteſtate creat.A.Valeriũ Publicolã iterꝝ.L.Virginiũ.P.Corneliũ.A.Mãliũ.L.Aemyliũ.L.Poſthumiũ:ii ex ĩterregno cũ extẽplo magiſtratũ iniſſent:nulla de re priuſq̃ de religiõibus ſenatũ cõſuluere. In primis fœdera ac leges:erãt autẽ æneæ duodecĩ tabulæ & q̃dã regiæ leges conq̃ri quæ cõpararẽt:iuſſerãt:alia ex aliis ædita ẽt ĩ uulgus:q̃ autẽ ad ſacra ꝑtinebãt:a põtificibus maxĩe:ut religiõe obſtrictos haberẽt multitudinis aĩos ſuppꝛ̃ſſa. Tũ de diebus religioſis agitari cœptũ:diẽ ad.xv.Kalẽdas ſextiles duplici clade ĩſignẽ:quo die ad cremerã Fabii cæſi:quo deĩde ad Alliã cũ exitio urbis fœdæ pugnatũ:a poſteriore clade alliẽſem appellarunt: inſignẽqꝫ rei nullius publice priuatimqꝫ agẽdæ fecerũt. Quidã qđ poſtridue idus quĩtiles nõ litaſſet. Sulpicius tribunus militũ:neqꝫ ĩuenta pace deũ poſt diẽ tertiũ obiectus hoſti exercitus Romanus eẽt:ẽt po-

Dies religioſi

ſtridie idus rebus diuinis ſupſederi iuſſum:inde ut poſtridie Kalẽdas quoqꝫ ac nonas eadẽ religio eſſet: traditũ putãt:Nec diu licuit q̃etis cõſilia erigẽdæ ex tam graui caſu reip.ſecum agitare:hinc uolſci ueteres hoſtes ad extĩguẽdum nomẽ Ro.arma ceperãt:hinc Ethruriæ prĩcipum ex oĩbus populis coniurationẽ ad fanũ Vulturnæ factã mercatores afferebant:nouus quoqꝫ terror acceſſerat defectione latinorꝝ hernicorũqꝫ q poſt pacẽ ad lacũ regillũ factã ꝑ annos ꝓpe cẽtũ nũq̃ ambigua fide ĩ amicitia Po.Ro.fuerant. Itaqꝫ cũ tãti terrores circũſtarẽt:appareretqꝫ oĩbus ĩ odio ſolũ apud hoſtes:ſed cõtemptu ẽt ĩter ſocios nomẽ Ro.Laborare:placuit eiſdẽ auſpiciis defendi remp.q̃bus recupata eẽt:dictatorẽqꝫ dici.M.Furium Camillũ:is dictator Claudiũ Seruiliũ Halã magiſtrũ eq̃tum dixit:iuſticioqꝫ ĩdicto:delectũ iuniorum habuit:ita ut ſeniores quoqꝫ:q̃bus aliq̃d ſupeſſet roboris:ĩ uerba ſua iuratos cẽturiaret:exercitum

Attur multiplices bellorꝝ terrores

